11. *in hac orationis forma* soviel als in hoc genere dicendi medio, wie 74 forma dicendi ‚Redeform oder Stilgattung'.

14. *sedate placideque:* insofern also neigt sie mehr nach der einen Seite, dem genus tenue. Tusc. II, 68 ad ferendum dolorem placide atque sedate; *labitur* 187. 191, dem ruhig dahingleitenden Strome gleich (vgl. 67 incitatius feratur und 187 incitatior fertur); *tum* etc. andererseits kommt sie dem genus dicendi grande näher; *quasi stellae quaedam* de or. III, 170 translatum, quod maxime tamquam *stellis quibusdam* notat et illuminat orationem.

15. *tralata ea dico:* eine ähnliche, kurze technische Erörterung (bis *haec frequentat* § 94) wie oben 80. Tralata § 80 die Metapher, de or. III, 155 tertius ille modus transferendi verbi (λέξις μεταφερομένη), quem necessitas genuit *inopia* coacta et angustiis, post autem *iucunditas delectatioque* celebravit. Quint. VIII, 6, 5 transfertur nomen aut verbum ex eo loco, in quo proprium est, in eum, in quo aut proprium deest aut translatum proprio melius est; id facimus aut quia necesse est, aut quia significantius est, aut quia decentius.

saepe iam, quae per similitudinem ab alia re aut suavitatis aut
inopiae causa transferuntur; immutata, in quibus pro verbo pro-
prio subiicitur aliud, quod idem significet sumptum ex re aliqua
93 consequenti. Quod quamquam transferendo fit, tamen alio modo
transtulit, cum dixit Ennius: ‚arce et urbe orba sum‘ pro patria,
alio modo, ‚horridam Africam terribili tremere tumultu‘ cum dicit,
pro Afris immutat Africam. Hanc ὑπαλλαγήν rhetores, quia quasi
summutantur verba pro verbis, μετωνυμίαν grammatici vocant,
94 quod nomina transferuntur. Aristoteles autem tralationi et haec
ipsa subiungit et abusionem, quam κατάχρησιν vocant, ut cum
‚minutum‘ dicimus animum pro ‚parvo‘ et abutimur verbis propin-
quis, si opus est, vel quod delectat vel quod decet. Iam cum

1. *per similitudinem* de or. III, 167 sumpta re simili verba eius rei propria in rem aliam transferuntur; *suavitatis* 134.

2. *inopiae* sc. si res suum nullum habet nomen § 82; *immutata* die Metonymie de or. III, 167 (immutatio) neque factum verbum est neque translatum, sed ornandi causa *proprium proprio commutatum.*

3. *aliud* und zwar gleichfalls proprium; *ex re aliqua consequenti,* die damit im engsten Causalzusammenhang steht, und darum genau entsprechend ist, wie Mars pro bello, Ceres pro frugibus, Neptunus pro mari, curia pro senatu, campus pro comitiis, toga pro pace de or. III, 167.

4. *quamquam transferendo fit:* insofern fällt die Metonymie allerdings unter den Begriff ‚Metapher‘ (de or. III, 169 immutata sunt translata quodam modo), es ist aber doch ein Unterschied: bei der Metapher wird ein anderer uneigentlicher Ausdruck (alienum) statt des eigentlichen, bei der Metonymie ein anderer eigentlicher Ausdruck (specieller ein nomen) statt eines eigentlichen gesetzt. Dies wird an dem doppelten Beispiel des Ennius erläutert.

5. *transtulit* etc. da brauchte er die Metapher im engeren Sinne, denn da setzte er den uneigentlichen Ausdruck: arce et urbe statt patria.

7. *immutat,* da wendet er die Metonymie an, indem er den einen *eigentlichen Ausdruck* (Afri), mit einem andern entsprechenden, gleichfalls eigentl. Ausdruck (Africa) vertauscht; *Hanc* etc. Quint. VIII, 6, 23 nec procul ab hoc genere (der Synekdoche) discedit μετωνυμία, quae est nominis pro nomine positio.

8. *summutantur* ὑπαλλάττονται; *grammatici* 72. *nomina* ὀνόματα.

9. *Aristoteles* verweist in der rhet. III, 2 auf seine Poetik: πόσα εἴδη μεταφορᾶς καὶ ὅτι τοῦτο πλεῖστον δύναται καὶ ἐν ποιήσει καὶ ἐν λόγοις, αἱ μεταφοραί, εἴρηται ἐν τοῖς περὶ ποιητικῆς. In der auf uns gekommenen Poetik findet sich aber nur die Definition c. 21 μεταφορὰ δ' ἐστὶν ὀνόματος ἀλλοτρίου ἐπιφορὰ ἢ ἀπὸ τοῦ γένους ἐπὶ εἶδος ἢ ἀπὸ τοῦ εἴδους ἐπὶ γένος, ἢ ἀπὸ τοῦ εἴδους ἐπὶ εἶδος ἢ κατὰ τὸ ἀνάλογον. *haec ipsa* die Metonymie oder Hypallage.

10. *subiungit* als species, εἴδη, der Metapher; *abusionem* de or. III, 169 abutimur saepe etiam verbo non tam eleganter quam in transferendo, sed etiamsi licentius, tamen interdum non impudenter, ut cum ‚grandem orationem‘ pro longa, ‚minutum animum‘ pro parvo dicimus.

12. *quod decet:* dahin gehört der Euphemismus.

iam ‚ferner‘ 111; *alia oratio* die Uebersetzung von ἀλληγορία, de or. III, 166 illud, quod ex hoc genere (der Metapher) profluit, non est in uno verbo translato, sed *ex pluribus continuatis connectitur,* ut aliud dicatur aliud intellegendum sit.

confluxerunt plures continuae tralationes, alia plane fit oratio. Itaque genus hoc Graeci appellant ἀλληγορίαν, nomine recte, genere melius ille, qui ista omnia tralationes vocat. Haec frequentat Phalereus maxime suntque dulcissima, et quamquam tralatio est apud
eum multa, tamen immutationes nusquam crebriores. In idem 95
genus orationis (loquor enim de illa modica et temperata) verborum cadunt lumina omnia, multa etiam sententiarum; latae eruditaeque disputationes ab eodem explicabuntur et loci communes sine contentione dicentur. Quid multa? e philosophorum scholis tales fere evadunt; et nisi coram erit comparatus ille fortior, per
se hic quem dico probabitur. Est enim quoddam etiam insigne 96
et florens orationis, pictum et expolitum genus, in quo omnes sententiarum illigantur lepores; hoc totum e sophistarum fontibus defluxit in forum, sed spretum a subtilibus, repulsum a gravibus in ea, de qua loquor, mediocritate consedit.

2. *nomine* im Anschluss an die Definition: ‚etymologisch', genere ‚logisch'.

3. *ille* sc. Aristoteles, der die genannten Figuren unter den Gattungsbegriff der μεταφορά begreift; *haec,* die erwähnten Metaphern.

5. *nusquam crebriores* dem genus medium gemäss.

6. *temperata* sc. oratione 21.

7. *cadunt* 37; *verborum* wie oben 83 die σχήματα λέξεως; *sententiarum* wie 85 σχήματα ἐννοιῶν; *latae* etc. Darin prägt sich teilweise der diesem genus medium eigene Charakter ‚philosophischer Diction' aus. *latae* nicht streng wissenschaftlich, sondern gemütlich, mehr delectationis causa. s. jedoch krit. Anh.

8. *ab eodem* sc. oratore huius generis mediocris; *loci communes* 47. 126 s. ind.

9. *sine contentione* ohne (starkes) Pathos 85. 109, das zum genus medium, wo es nicht auf das movere, sondern delectare ankommt, nicht wol passt.

10. *coram* persönlich, gleichsam von Angesicht zu Angesicht Brut. 208; *comparatus* zur Seite gestellt; *ille fortior* Brut. 221. de or. III, 135; *per se* ohne Vergleichung mit dem orator gravis copiosus ornatus § 97.

11. *est enim* etc. zur Begründung der Behauptung: ‚e philosophorum scholis tales fere evadunt': es gibt ausser der trockenen philosophischen Diction besonders der Stoiker auch noch eine rhetorisch-philosophische, dies ist die Quelle des genus dicendi mediocre 65. *etiam* weil man das von der philosophischen Diction zunächst nicht erwartet; *insigne* durch glänzende Antithesen etc. ausgezeichnet 78.

12. *florens* ἀνθηρόν 20. 65 (als dem γένος ἐπιδεικτικόν verwandt); *pictum* mit mannigfachen Farben geschmückt 65; de or. III, 100 claris coloribus picta. Brut. 141; *expolitum* ‚fein geglättet, ausgefeilt'.

13. *illigantur* ‚angebracht werden', wie Blumen in einem Kranze (215); *sophistarum* 37 est illa quasi nutrix etc.

14. *spretum* etc. als von ihrem Standpunkt aus zu geschmückt, *repulsum* etc. weil nach ihrem Geschmack nicht glänzend genug.

15. *mediocritate* de or. III, 199 est et plena quaedam (oratio) sed tamen teres, et tenuis non sine nervis ac viribus, et ea quae particeps utriusque generis quadam mediocritate laudatur. Hier wol mit dem Doppelsinn: Mittelstrasse und Halbheit oder Mittelmässigkeit; *consedit* mit Beziehung auf spretum und repulsum ‚hat eine Stätte gefunden'.

3) das *genus grande* § 97—99. Der wahre Redner muss in allen drei Stilgattungen, sowol an sich, als in ihrer richtigen, harmonischen Verbindung Meister sein (Cicero, Demosthenes) 100—112.

28, 97 Tertius est ille amplus copiosus gravis ornatus, in quo pro-
fecto vis maxima est. Hic est enim, cuius ornatum dicendi et
copiam admiratae gentes eloquentiam in civitatibus plurimum valere
passae sunt, sed hanc eloquentiam, quae cursu magno sonituque
ferretur, quam suspicerent omnes, quam admirarentur, quam se
adsequi posse diffiderent. Huius eloquentiae est tractare animos,
huius omni modo permovere. Haec modo perfringit, modo irrepit
98 in sensus; inserit novas opiniones, evellit insitas. Sed multum in-
terest inter hoc dicendi genus et superiora. Qui in illo subtili
et acuto elaboravit, ut callide arguteque diceret nec quidquam
altius cogitaret, hoc uno perfecto magnus orator est, etsi non
maximus; minimeque in lubrico versabitur et, si semel constiterit,
numquam cadet. Medius ille autem, quem modicum et tempera-
tum voco, si modo suum illud satis instruxerit, non extimescet
ancipites dicendi incertosque casus; etiam si quando minus succe-
det, ut saepe fit, magnum tamen periculum non adibit; alte enim
99 cadere non potest. At vero hic noster, quem principem ponimus,
gravis, acer, ardens, si ad hoc unum est natus aut in hoc solo se
exercuit aut huic generi studet uni nec suam copiam cum illis
duobus generibus temperavit, maxime est contemnendus. Ille enim
summissus, quod acute et veteratorie dicit, sapiens iam, medius
suavis, hic autem copiosissimus, si nihil est aliud, vix satis sanus
videri solet. Qui enim nihil potest tranquille, nihil leniter, nihil

1. *ille amplus* 20. 30.

5. *ferretur* 67. 187. 128; *admirarentur* ‚das ist das höchste' Quint. VIII, 3, 6 nonnumquam admiratione auferuntur, — recteque Cicero his ipsis ad Brutum verbis quadam in epistola scribit: ‚nam eloquentiam, quae admirationem non habet, nullam iudico'. Daher de or. I, 152 haec sunt, quae clamores et *admirationes* in bonis oratoribus efficiunt III, 52 f. de opt. gen. or. 12. Tac. dial. de or. 30 illa admirabilis eloquentia. Quint. XI, 1, 93 illud admirabile dicendi genus. (Vgl. or. 122. 125. 128).

6. *diffiderent* während beim orator tenuis et subtilis gerade das Gegenteil der Fall ist 76. Quint. XI, 1, 93.

7. *perfringit* wie Perikles Brut. 38.

10. *callide* 20. 23.

13. *temperatum* 21. 95.

14. *suum illud,* das was in seiner Sphäre liegt, *satis instruxerit* gehörig auszustatten sich Mühe gibt.

15. *ancipites* etc. de or. I, 123 nonnumquam summis oratoribus non satis ex sententia eventum dicendi procedere.

17. *quem principem ponimus* 59.

18. *natus* etc. mit Beziehung auf die drei genannten Factoren φύσις, μελέτη und ἐπιστήμη (natura, exercitatio, studium) de or. II, 232. 148. 162.

20. *temperavit* zu einer harmonischen Mischung 70. de rep. VI, 18 acuta cum gravibus temperans; *maxime est contemnendus:* Cic. hatte um so mehr Grund sich sehr entschieden gegen die einseitige und ausschliessliche Anwendung des genus grande auszusprechen, als er selbst, wiewol mit Unrecht, in dieser Hinsicht vielfache Angriffe zu erleiden hatte, Tac. dial. de or. 18. Einl. § 12 und 13.

22. *suavis* § 91. Davor sind vielleicht, wie O. Jahn bemerkt, einige Worte ausgefallen, die das Lob der suavitas begründeten; *si nihil est aliud* darauf ruht der Nachdruck, wie hernach auf nihil.

23. *tranquille — leniter* dem genus medium temperatum entsprechend; *partite* etc. dem genus tenue gemäss.

partite, definite, distincte, facete dicere, praesertim cum causae partim totae sint eo modo, partim aliqua ex parte tractandae, si is non praeparatis auribus inflammare rem coepit, furere apud sanos et quasi inter sobrios bacchari vinolentus videtur.

Tenemus igitur, Brute, quem quaerimus, sed animo, non 29, 100
manu; manu si prehendissem, ne ipse quidem sua tanta eloquentia mihi persuasisset, ut se dimitterem —, sed inventus profecto est ille eloquens, quem numquam vidit Antonius. Quis est igitur is? Complectar brevi, disseram pluribus. Is est enim eloquens, qui et humilia subtiliter et magna graviter et mediocria temperate potest dicere. Nemo is, inquies, umquam fuit. Ne fuerit; ego 101
enim quid desiderem, non quid viderim disputo, redeoque ad illam Platonis, de qua dixeram, rei formam et speciem, quam etsi non cernimus, tamen animo tenere possumus. Non enim eloquentem quaero neque quidquam mortale et caducum, sed illud ipsum, cuius qui sit compos, sit eloquens; quod nihil est aliud nisi eloquentia ipsa, quam nullis nisi mentis oculis videre possumus. Is erit igitur eloquens, ut idem illud iteremus, qui poterit parva summisse, modica temperate, magna graviter dicere.

Tota mihi causa pro Caecina de verbis interdicti fuit: res 102
involutas definiendo explicavimus, ius civile laudavimus, verba ambigua distinximus. Fuit ornandus in Manilia lege Pompeius: temperata oratione ornandi copiam persecuti sumus. Ius omne reti-

1. *praesertim cum* trotzdem dass, 32.

3. *inflammare* durch die faces dicendi (de or. II, 205). Vgl. de or. II, 209. III, 55; *furere* Brut. 233; de or. II, 91.

5. *quem quaerimus* 14; *animo* etc. in der Idee, wenn auch noch nicht als leibhaftige Person (als die persönlich erschienene Idee), dass wir ihn mit unsern Händen betasten könnten.

7. *sed* aber, wie dem auch sein mag, gefunden ist er doch, wenn auch nur der Idee nach. 8. *quem* etc. 18.

9. *complectar* in eine kurze Definition; *disseram* auseinandersetzen, erörtern § 102 ff. *temperate* 98.

12. *quid desiderem* Einl. § 3, 18 ff.; *illam* § 10.

13. *dixeram* das Plusquamperfect als relatives Tempus mit Beziehung auf die Stelle, wo eben überhaupt dieser Punkt berührt worden war; *formam et speciem* 43.

14. *cernimus* mit unserm sinnlichen Auge; *eloquentem* das unvollkommene einzelne Individuum.

15. *illud ipsum* jenes höchste; *sit eloquens* de or. III, 80.

20. *Tota* etc. als Beispiel eines Falles, wo vorzugsweise das genus tenue oder subtile am Orte war; hier war das docere die Hauptsache; *de verbis* etc. ‚die Formel' s. ind. Caecina und interdictum; *res involutas* etc. durch richtige Interpretation des Wortlauts wies Cic. nach, was in demselben eigentlich liege, 116 involuta rei notio definiendo aperienda est.

21. *laudavimus*, i. e. nominavimus, citavimus; Fest. p. 118 M. *laudare* ponebatur apud antiquos pro nominare. — *ambigua* de or. II, 253 ambigua sunt in primis acuta atque in verbo posita.

22. *fuit* etc. als Beispiel der zweiten Stilgattung, des genus medium, temperatum; hier trat das conciliare (delectare, die suavitas) hervor. s. ind. Manilia lex.

23. *retinendae maiestatis* es handelte sich darum, ob die Hoheit des Volks überhaupt (de or. II, 164) noch etwas gelten sollte oder nicht, das gesamte Hoheitsrecht des Volks stand auf dem Spiel, s. ind. Rabirius.

nendae maiestatis Rabirii causa continebatur: ergo in omni genere
3 amplificationis exarsimus. At haec interdum temperanda et varianda
sunt. Quod igitur in accusationis septem libris non reperitur
genus? quod in Aviti? quod in Cornelii? quod in plurimis nostris
defensionibus? quae exempla selegissem, nisi vel nota esse arbi-
trarer vel posse eligere qui quaererent. Nulla est enim ullo in
genere laus oratoris, cuius in nostris orationibus non sit aliqua
4 si non perfectio, at conatus tamen atque adumbratio. Non adse-
quimur, at quid sit quod deceat videmus. Nec enim nunc de
nobis, sed de re dicimus; in quo tantum abest, ut nostra mire-
mur, ut usque eo difficiles ac morosi simus, ut nobis non satis
faciat ipse Demosthenes: qui quamquam unus eminet inter omnes
in omni genere dicendi, tamen non semper implet aures meas; ita
sunt avidae et capaces et semper aliquid immensum infinitumque
), 105 desiderant. Sed tamen, quoniam et hunc tu oratorem cum
eius studiosissimo Pammene, cum esses Athenis, totum diligentis-
sime cognovisti neque eum dimittis e manibus et tamen nostra
etiam lectitas, vides profecto illum multa perficere, nos multa co-
nari, illum posse, nos velle quocumque modo causa postulet dicere.
Sed ille magnus; nam et successit ipse magnis et maximos oratores

1. *continebatur* ,beruhte' 10. 187. p. Marc. 22 quis est qui non intellegat, tua salute contineri suam? *ergo* 72.

2. *amplificationis* s. ind. da es hier vor allem auf das permovere ankam; *haec* die drei genera dicendi; *temperanda* etc. 70. 99, müssen so behandelt werden, dass sie sich harmonisch durchdringen und untereinander abwechseln. Dafür werden dann Beispiele angeführt.

3. *accusationis* absichtlich so ausgedrückt, um aufmerksam zu machen, dass dies die einzige Anklage Cic. ist gegenüber den vielen Verteidigungsreden s. ind. Verrinae. *plurimis* wie pro Murena, Sulla, Archia, Flacco, Sestio, Plancio, Milone u. a.

5. *quae* die in jenen Verteidigungsreden reichlich vorhandenen Belege.

8. *adumbratio* ,erster Umriss, Skizze.'

9. *videmus* 70; das konnte Cic. ohne Selbstüberhebung mit gutem Grunde von sich rühmen; seine drei Bücher de oratore bezeugen es zur Genüge.

11. *ut nobis* etc. Quint. XII, 1, 22 quamquam neque ipsi Ciceroni Demosthenes videatur satis esse perfectus, quem dormitare interim dicit (Plut. v. Cic. 24).

13. *non implet aures m.* d. h. sein Redestrom (s. Perioden) scheint mir manchmal nicht voll genug; *ita* ,in dem Grade' (wie de or. III, 51); eine charakteristische Aeusserung Ciceros, mit der er selbst seine Vorliebe für das volltönende und überströmende des Ausdrucks eingesteht; seine obtrectatores nannten ihn daher inflatus et tumens, supra modum exsultans et superfluens Tac. dial. de or. 18.

14. *avidae* unersättlich; *capaces* haben immer noch Raum; *immensum infinitumque* de or. I, 22.

19. *quocumque* etc. darin besteht eben das decorum.

20. *sed ille* etc. Die Rednergrösse des Demosthenes ruhte auf der Grösse seiner Vorgänger und ward durch die seiner Zeitgenossen gehoben (daher nam); Ciceros Vorgänger können höchstens relativ Vorbilder genannt werden, den Weg zum höchsten Ziel (der Beherschung und Durchdringung aller drei genera) musste er sich selbstständig bahnen.

habuit aequales: nos magnum fecissemus, si quidem potuissemus quo contendimus pervenire in ea urbe, in qua, ut ait Antonius, auditus eloquens nemo erat. Atqui si Antonio Crassus eloquens 106
visus non est aut sibi ipse, numquam Cotta visus esset, numquam Sulpicius, numquam Hortensius. Nihil enim ample Cotta, nihil leniter Sulpicius, non multa graviter Hortensius: superiores magis ad omne genus apti, Crassum dico et Antonium. Ieiunas igitur huius multiplicis et aequabiliter in omnia genera fusae orationis aures civitatis accepimus, easque nos primi, quicumque eramus et quantulumcumque dicebamus, ad huius generis audiendi incredibilia studia convertimus. Quantis illa clamoribus adulescentuli diximus, quae nequa- 107
quam satis defervisse post aliquanto sentire coepimus: 'Quid enim tam commune quam spiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus eiectis? Ita vivunt, dum possunt, ut ducere animam de caelo non queant; ita moriuntur, ut eorum ossa terra non tangat; ita iactantur fluctibus, ut numquam abluantur; ita postremo eiciuntur, ut ne ad saxa quidem mortui conquiescant', et quae sequuntur; sunt enim omnia sicut adulescentis, non tam re et maturitate quam spe et exspectatione laudati. Ab hac indole etiam 108
illa matura: 'uxor generi, noverca filii, filiae pelex'. Nec vero hic erat unus ardor in nobis, ut hoc modo omnia diceremus. Ipsa

1. *magnum fecissemus* wie Verr. III, 42 magnum te fecisse arbitrabere, si pluris vendideris quam L. Hortensius. Hor. sat. I, 10, 20 at magnum fecit, quod verbis Graeca Latinis miscuit.

2. *ut ait A.* 18; *auditus erat* als Antonius dies schrieb.

3. *atqui* ,nun aber'.

4. *visus non est,* wie eben aus der bekannten Aeusserung hervorgeht 19; *visus esset* etc. wenn näml. diese Männer zur Zeit der Abfassung jener Schrift des A. schon als bedeutende Redner aufgetreten wären, so dass sie A. bei jener Aeusserung berücksichtigen konnte.

5. *leniter — graviter* Brut. 164 multa in illa oratione graviter, multa leniter.

7. *ieiunas* etc. den Ohren unserer Landsleute war dieser Ton vor meinem Auftreten im ganzen unbekannt und fremd. vgl. de or. II, 10 propter eorum qui de dicendi ratione disputarunt ieiunitatem bonarum artium.

8. *aequabiliter fusae* 126. de or. III, 96 id non debet esse fusum aequabiliter per omnem orationem.

10. *studia* dass sie nichts lieber hören mochten.

11. *clamoribus* Applaus 111. 214. de or. I, 152. Brut. 164. 242. 326. Lael. 24 p. Sest. 121 haec quantis ab illo clamoribus agebantur! *illa* in der Rede pro Sex. Roscio Amerino s. ind. Roscius; *adulescentuli* noch sehr jung (26 Jahre alt).

12. *defervisse* noch nicht gehörig ausgegoren habe, noch nicht abgeklärt genug sei Brut. 316 et contentio nimia vocis resederat et quasi deferverat oratio.

17. *ad saxa* wo sie zerschellen, ohne Ruhe zu finden Tusc. I, 107.

18. *re — spe* eine öfters gebrauchte Paronomasie.

19. *ab hac indole:* aus dieser angebornen Lebhaftigkeit leitet auch noch die einer viel späteren Rede angehörige Stelle ihren Ursprung her (113), eine rechtfertigende Entschuldigung der Worte, die ihm als zu schwülstig von den ,modernen Attikern' hin und wieder vorgehalten sein mochten.

20. *illa matura* d. h. folgende aus der Rede p. Cluentio entnommene Stelle.

enim illa iuvenilis redundantia multa habet attenuata, quaedam
etiam paullo hilariora, ut pro Avito, pro Cornelio compluresque
aliae. Nemo enim orator tam multa ne in Graeco quidem otio
scripsit, quam multa sunt nostra, eaque hanc ipsam habent quam
31, 109 probo varietatem. An ego Homero, Ennio, reliquis poetis et
maxime tragicis concederem, ut ne omnibus locis eadem contentione uterentur crebroque mutarent, nonnumquam etiam ad cotidianum genus sermonis accederent: ipse numquam ab illa acerrima contentione discederem? Sed quid poetas divino ingenio profero? Histriones eos vidimus, quibus nihil posset in suo genere esse praestantius, qui non solum in dissimillimis personis satis faciebant, cum tamen in suis versarentur, sed et comoedum in tragoediis et tragoedum in comoediis admodum placere vidimus:
110 ego non elaborem? Cum dico me, te, Brute, dico; — nam in
me quidem iam pridem effectum est, quod futurum fuit; — tu autem eodem modo omnes causas ages? aut aliquod causarum genus repudiabis? aut in eisdem causis perpetuum et eundem spiritum sine ulla commutatione obtinebis? Demosthenes quidem, cuius nuper inter imagines tuas ac tuorum — quod eum, credo, amares — cum ad te in Tusculanum venissem, imaginem ex aere vidi, nihil Lysiae subtilitate cedit, nihil argutiis et acumine Hype-
111 ridi, nihil levitate Aeschini et splendore verborum. Multae sunt
eius totae orationes subtiles, ut contra Leptinem, multae totae

1. *iuvenilis redundantia* wie de or. II, 88 von Sulpicius: verbis effervescentibus et paullo nimium redundantibus, quod erat aetatis. Brut. 316; *attenuata* also solche Partieen, die dem genus tenue angehören.

2. *hilariora* ‚freundlicheres, mehr heitere Stellen' (im Gegensatz von severiora oder graviora), also dem genus medium (dem delectare und conciliare) entsprechend, de or. II, 236 ipsa hilaritas benevolentiam conciliat.

3. *in Graeco otio* sprichwörtlich gleich maximo; vgl. de or. I, 22 (Graecos homines) otio abundantes; III, 57.

6. *contentione* Steigerung des Ausdrucks, oratio acris, Pathos 95.

7. *mutarent* ohne Object: wechseln (mit dem genus dicendi).

10. *eos,* wie Roscius und Aesopus.

11. *in dissimillimis* etc. befriedigendes leisten, wie de or. I, 170 satisfacere in iure; III, 83 in gestu; de leg. I, 5 in historia.

12. *cum tamen,* wobei sie doch noch innerhalb ihres eigenen speciellen Fachs, sei es der Tragödie oder der Komödie blieben.

14. *ego non elaborem* ‚und ich, der Redner, soll auf meinem Gebiet nicht dasselbe zu leisten suchen'? de or. I, 19; *te — dico* wie ungerecht mussten dann aber etwaige Vorwürfe von Seiten des Brutus in der erwähnten Beziehung erscheinen!

18. *spiritum* ‚Ton, Anschlag der Stimme'. Andere erklären ‚Feuer', wie § 130.

19. *tuas* etc. Statuen und Büsten (Marmor- und Bronzestatuen) von dir, von den Provinzialen und Municipalen dem Brutus zu Ehren auf seiner Villa bei Tusculum aufgestellt, unter Büsten seiner Ahnen und anderer besonders verehrter Männer.

20. *amares* ist als conj. in oratione obliqua zu betrachten, durch vidi imaginem sc. a te positam esse bedingt, und gibt den Grund an, den Cic. damals aus der Seele des Brutus unterstellte.

21. *argutiis*.

graves, ut quaedam Philippicae, multae variae, ut contra Aeschinem
falsae legationis, ut contra eundem pro se in causa Ctesiphontis.
Iam illud medium, quotiens vult, arripit et a gravissimo discedens
eo potissimum delabitur. Clamores tamen tum movet et tum in
dicendo plurimum efficit, cum gravitatis locis utitur. Sed ab hoc 112
parumper abeamus, quandoquidem de genere, non de homine quaerimus: rei potius, id est eloquentiae vim et naturam explicemus.
Illud tamen, quod iam ante diximus, meminerimus, nihil nos praecipiendi causa esse dicturos atque ita potius acturos, ut existimatores videamur loqui, non magistri. In quo tamen longius progedimur, quod videmus non te haec solum esse lecturum, qui ea multo quam nos, qui quasi docere videamur, habeas notiora, sed hunc librum etiamsi minus nostra commendatione, tuo tamen nomine divulgari necesse est.

Esse igitur perfecte eloquentis puto non eam solum facul- 32, 113
tatem habere, quae sit eius propria, fuse lateque dicendi, sed etiam vicinam eius atque finitimam dialecticorum scientiam adsumere. Quamquam aliud videtur oratio esse, aliud disputatio, nec idem loqui esse quod dicere, ac tamen utrumque in disserendo

1. *variae* d. h. teils subtiles, teils graves.

2. *falsae legationis* s. de falsa legatione περὶ παραπρεσβείας, der Genetiv wie Verr. III, 106 sed mihi Aetniensium brevis est oratio; ipsi enim venerunt. ad Att. II, 1, 1 commentarium consulatus mei.

3. *iam* ‚ferner, weiter' 94. 122; *arripit* plötzlich 233.

4. *clamores* 107.

5. *gravitatis locis*, wo er die τόποι, die Kategorieen der gravitas, die Fundstätten, unde graves sententiae ducuntur (de or. II, 248) in Anwendung bringt, d. h. cum genere dicendi gravi utitur.

8. *iam ante* § 43. Einl. § 4.

9. *existimatores* als ästhetische Kritiker 177. Brut. 92. 146. 200. 239. 252. 320.

10. *in quo* etc. wobei (in welcher Beziehung) ich mich jedoch aus einem praktischen Grund nicht immer streng und ausschliesslich auf das existimare beschränke, sondern allerdings zugleich auch quasi doceo, weil diese meine Schrift voraussichtlich doch auch solchen in die Hände kommen wird, die noch nicht so gut instruiert sind wie du.

12. *sed* im Gegensatz zu non te haec solum esse lecturum.

13. *nostra commendatione*, weil ich es geschrieben; *tuo nomine* weil es dir dediciert ist.

Weiter soll der vollkommene Redner B. die erforderlichen Sachkenntnisse besitzen: 1) aus dem Gebiet der Philosophie (Dialektik, Ethik, Physik), 2) der Rechtskunde, 3) der speciellen rhetorischen Theorie 113—122.

15. *igitur* im Uebergang zu der weiteren Behandlung des Themas.

17. *adsumere* wie de or. I, 59, hier im Gegensatz zu dem habere.

18. *quamquam* ‚freilich, zwar'; *oratio* im engeren Sinne die oratio perpetua oder das *dicere* (oratorie), das Redehalten, im Gegensatz von der dialektischen Erörterung und dem logischen Gedankenausdruck, der *disputatio*, deren Form hauptsächlich die dialogische war, daher *loqui*, das griechische διαλέγεσθαι.

19. *ac tamen* ‚und dabei doch, aber doch, indessen', womit eine Ausnahme gegen den beschränkenden Satz mit *quamquam* eingeführt wird; *in disserendo* Brut. 118 ut omnes fere *Stoici* prudentissimi in disserendo sint (de or. I, 9. Top. 6); 143 (erat *Crasso*) in disserendo mira explicatio; 146. 276; duo (sc. das docere und conciliare) summe te-

est: disputandi ratio et loquendi dialecticorum sit, oratorum autem
dicendi et orandi. Zeno quidem ille, a quo disciplina Stoicorum
est, manu demonstrare solebat, quid inter has artes interesset: nam
cum compresserat digitos pugnumque fecerat, dialecticam aiebat
eiusmodi esse; cum autem diduxerat et manum dilataverat, palmae
114 illius similem eloquentiam esse dicebat. Atque etiam ante hunc
Aristoteles principio artis rhetoricae dicit illam artem quasi ex
altera parte respondere dialecticae, ut hoc videlicet differant inter
se, quod haec ratio dicendi latior sit, illa loquendi contractior.
Volo igitur huic summo omnem, quae ad dicendum trahi possit,
loquendi rationem esse notam; quae quidem res, quod te his artibus eruditum minime fallit, duplicem habuit docendi viam. Nam
et ipse Aristoteles tradidit praecepta plurima disserendi et postea
115 qui dialectici dicuntur spinosiora multa pepererunt. Ergo eum
censeo, qui eloquentiae laude ducatur, non esse earum rerum

nuit, ut et rem illustraret disserendo.

1. *disputandi ratio* allgemeiner als *disputatio* ‚die Kategorie, das Gebiet des disputare‘ (Nägelsbachs lat. Stil. § 63, 1), alles was *disputare* im engern Sinne heisst.

2. *dicendi et orandi* ‚des Redens und Redehaltens‘. Brut. § 118 ut omnes fere Stoici traducti a *disputando* ad *dicendum* inopes reperiantur; *ille* zum Unterschied von andern Philosophen dieses Namens. *a quo* 108 ihren Ursprung herleitet.

7. *principio*: Aristoteles' Rhetorik beginnt mit den Worten *ἡ ῥητορική ἐστιν ἀντίστροφος τῇ διαλεκτικῇ* das entsprechende Gegenstück, wie *ἡ μουσικὴ ἀντίστροφος τῆς γυμναστικῆς* (Plat. rep. VII, 522 A).

10. *igitur* 113. *huic summo* dem perfecte eloquens Einl. § 3; *omnem, quae* etc. die gesamte Dialektik (Logik), insoweit sie in das oratorische Gebiet (den Bereich des Redners, die Rhetorik) zu ziehen ist; denn es gibt ja auch Stücke der Dialektik, die lediglich den Philosophen angehen und daher für den Redner als solchen keine Bedeutung haben.

11. *quae quidem res* dieser Zweig der Philosophie, die Dialektik s. de or. I, 9; *his artibus* in diesen verschiedenen Wissenschaften de or. I, 9 qui in harum artium (d. h. der Philosophie, Mathematik, Musik, Philologie) studiis liberalissimis sint versati.

12. *habuit* hat im Laufe der geschichtlichen Entwicklung eine zwiefache Lehrmethode (oder eine doppelte Richtung) aufzuweisen gehabt d. h. man unterscheidet eine ältere und eine neuere Schule (der Dialektiker).

13. *ipse* Träger der älteren Richtung ist A., der eigentliche Schöpfer der dialektischen Wissenschaft, der Logik; *disserendi* 113 Gesetze der Logik de or. II, 157 ars disserendi; *postea* etc. die Stoiker, die vorzugsweise die Dialektik (Erkenntnisphilosophie, die Lehre von den Begriffen etc.) cultivierten und daher *κατ' ἐξοχὴν* dialectici heissen de or. II, 157 ff. Brut. 118. Top. 6.

14. *spinosiora* wegen der dialektischen Spitzfindigkeiten (disserendi spinae de fin. IV, 79), in denen man, wie unter Dornen, überall hängen bleibt de or. II, 158. I, 83; de fin. III, 3 Stoicorum non ignoras quam sit subtile vel *spinosum* potius disserendi genus. Tusc. I, 16; *pepererunt* haben zur Welt gebracht, erfunden, wie § 183; *ergo* § 183. Seyffert schol. lat. § 9 b.

15. *censeo* ‚ich halte es für erforderlich, unerlässlich‘ (§ 199 und de or. I, 209 steht oportere dabei) Liv. II, 5, 1 de bonis regiis, quae reddi ante censuerant, res integra refertur ad patres (acc. c. inf. passivi); seltener ist der inf. activi XLV, 12, 13 eum ius dicere — inter cives et pere[illegible]tres censue-

omnino rudem, sed vel illa antiqua vel hac Chrysippi disciplina institutum. Noverit primum vim, naturam, genera verborum et simplicium et copulatorum, deinde quot modis quidque dicatur, qua ratione verum falsumne sit iudicetur, quid efficiatur e quoque, quid cuique consequens sit quidque contrarium, cumque ambigue multa dicantur, quomodo quidque eorum dividi explanarique oporteat. Haec tenenda sunt oratori, saepe enim occurrunt; sed quoniam sua sponte squalidiora sunt, adhibendus erit in eis explicandis quidam orationis nitor.

Et quoniam in omnibus, quae ratione docentur et via, 33, 116
primum constituendum est, quid quidque sit — nisi enim inter eos qui disceptent convenit, quid sit illud de quo ambigitur, nec

rant. Aehnlich *censeo* § 195; vgl. Nägelsbach lat. Stil. § 98, 3.

1. *illa antiqua* sc. Aristotelis; *hac* der jetzigen, der modernen.

2. *primum* in der Lehre von den Begriffen (Etymologie und Wortbildungslehre); *vim* Bedeutung.

3. *simplicium* etc. Part. or. 16 prima vis est in simplicibus verbis, in coniunctis secunda; 18 ut in simplicibus verbis quod non est Latinum, sic in coniunctis quod non est consequens vituperandum est (ne generibus, numeris, personis, casibus perturbetur oratio). *deinde* etc. in der Lehre von den Urteilen, der Satzlehre de or. II, 158 omne quod eloquimur sic, ut id aut esse dicamus aut non esse et, si *simpliciter* dictum sit (als einfache Aussage, im einfachen Satz), suscipiunt dialectici, ut indicent, verumne sit an falsum, et si *coniuncte* sit elatum (im zusammengesetzten Satz) et adiuncta sint alia, iudicant rectene adiuncta sint etc. *quot modis* ob conditional, oder concessiv, oder consecutiv etc.

4. *quid efficiatur* 122, was für Schlussfolgerungen sich jedesmal aus dem bewiesenen (verum) oder widerlegten (falsum) ergeben, in der Lehre von den Syllogismen.

5. *quid cuique consequens* § 16, wie z. B. in der speciellen Lehre vom Enthymema, das nach Quint. V, 10, 2 auch in dem Sinne genommen wird, quo *certam quandam argumenti conclusionem* significat vel *ex consequentibus* vel *ex repugnantibus; ambigue* der Redner hat es mit dem ambiguum hauptsächlich bei der Interpretation gesetzlicher Bestimmungen, privatrechtlicher Formen u. s. w. zu thun, wie Cic. in der Rede pro Caecina § 102; ad Her. I, 20 cum res unam in sententiam scripta duas aut plures sententias significat. de or. I, 140. II, 111 ambiguorum plura genera sunt, quae mihi videntur ei melius nosse, qui dialectici appellantur, hi autem nostri ignorare, qui non minus nosse debeant. Part. or. 132 ff.

6. *dividi* etc. durch richtige Scheidung und Unterscheidung, auch durch richtige Interpunktion die Zweideutigkeit beseitigen und den wahren Sinn klar legen.

8. *sua sponte* an und für sich 164. 175. 213; *squalidiora* ‚etwas trocken‘ de fin. IV, 5 ipsa illa, quae subtiliter disserenda erant, polite apteque dixerunt (sc. Peripatetici Academicique) tum definientes, tum partientes, ut vestri etiam (sc. Stoici), sed vos *squalidius;* illorum vides quam *niteat* oratio.

10. *ratione et via* 10. Tusc. II, 6 eos excitemus, qui liberaliter eruditi — ratione et via philosophantur. Top. 2. de fin. I, 29 ut ratione et via procedat oratio.

11. *primum* etc. de or. I, 209 id faciam quod in principio fieri in omnibus disputationibus oportere censeo, ut *quid illud sit* de *quo disputetur,* explanetur, ne vagari et errare cogatur oratio, si ei qui inter se dissenserint non idem esse illud de quo agitur intellegant. de rep. I, 24.

12. *ambigitur* § 121; de or. II, 104 f. 110.

recte disseri nec umquam ad exitum perveniri potest — explicanda est saepe verbis mens nostra de quaque re atque involutae rei notitia definiendo aperienda est, si quidem est definitio oratio, quae quid sit id, de quo agitur, ostendit quam brevissime. Tum, ut scis, explicato genere cuiusque rei videndum est, quae sint eius generis sive formae sive partes, ut in eas tribuatur omnis oratio.
117 Erit igitur haec facultas in eo, quem volumus esse eloquentem, ut definire rem possit neque id faciat tam presse et anguste, quam in illis eruditissimis disputationibus fieri solet, sed cum explanatius tum etiam uberius et ad commune iudicium popularemque intellegentiam accommodatius. Idemque etiam, cum res postulabit, genus universum in species certas, ut nulla neque praetermittatur neque redundet, partietur ac dividet. Quando autem aut quomodo id faciat, nihil ad hoc tempus, quoniam, ut supra dixi, iudicem esse me, non doctorem volo.

118 Nec vero dialecticis modo sit instructus, sed habeat omnes philosophiae notos ac tractatos locos. Nihil enim de religione, nihil de morte, nihil de pietate, nihil de caritate patriae, nihil de bonis rebus aut malis, nihil de virtutibus aut vitiis, nihil de officio, nihil de dolore, nihil de voluptate, nihil de perturbationibus

1. *ad exitum* etc. die Disputation bleibt resultatlos.

2. *involutae* 102. Tusc. IV, 53 quae istarum definitionum non aperit *notionem* nostram, quam habemus omnes de fortitudine tectam atque involutam?

3. *notitia* ‚Begriff, Vorstellung‘ statt des gewöhnlichen *notio*, aber Cic. schwankt selbst in der Anwendung beider Wörter, s. Acad. II, 30 notitiae rerum, quas Graeci tum ἐννοίας tum προλήψεις vocant. Top. 32 notionem appello, quam Graeci tum ἔννοιαν tum πρόληψιν; *definitio* de or. I, 189 est definitio rerum earum, quae sunt eius rei propriae, quam definire volumus, brevis et circumscripta quaedam explicatio.

5. *genere* der allgemeine Gattungsbegriff.

6. *formae* Species; *partes* 16; de or. I, 189 partes sunt, quae generibus eis, ex quibus manant, subiiciuntur (Ober- und Unterabteilungen).

9. *in illis* den erwähnten philosophischen (stoischen).

10. *ad commune* etc. de or. II, 159 haec nostra (sc. oratoris) oratio multitudinis est auribus accommodanda. Tusc. II, 3 orationes, quas nos multitudinis iudicio probari volebamus (popularis est enim illa facultas et effectus eloquentiae est audientium approbatio); *popularem intellegentiam* de or. II, 299 non de praestanti quadam et eximia, sed prope de vulgari et communi prudentia disputo.

13. *redundet* ‚zu viel ist‘.

14. *nihil ad hoc tempus* de or. II, 5 quorum consilium quale fuerit nihil sane ad hoc tempus; illud autem est huius institutae scriptionis ac temporis etc. III, 66 vere an secus nihil ad hoc tempus; *supra* § 112 Einl. § 4; *iudicem* Kritiker, Aesthetiker Einl. § 4.

16. *omnes* 16, auch die ethischen und physischen (metaphysischen).

17. *notos* theoretisch, *tractatos* praktisch, durch Uebung, so dass er ihrer vollständig Herr ist; *locos* τόπους die Kapitel, die Abschnitte (die Punkte) de or. I, 60 quare hic locus de vita et moribus totus est oratori perdiscendus.

20. *de perturbationibus animi* die Affecte, Tusc. IV, 16 quae Graeci πάθη vocant, nobis perturbationes appellari placet.

animi et erroribus, quae saepe cadunt in causas, sed ieiunius aguntur, nihil, inquam, sine ea scientia, quam dixi, graviter ample copiose dici et explicari potest. De materia loquor orationis 34, 119
etiam nunc, non de ipso genere dicendi. Volo enim prius habeat orator rem, de qua dicat, dignam auribus eruditis, quam cogitet, quibus verbis quidque dicat aut quo modo; quem etiam, quo grandior sit et quodam modo excelsior, ut de Pericle dixi supra, ne physicorum quidem esse ignarum volo: omnia profecto, cum se a caelestibus rebus referet ad humanas, excelsius magnificentiusque et dicet et sentiet. Cumque illa divina cognoverit, nolo ignoret 120
ne haec quidem humana. Ius civile teneat, quo egent causae forenses cotidie. Quid est enim turpius quam legitimarum et civilium controversiarum patrocinia suscipere, cum sis legum et civilis iuris ignarus? Cognoscat etiam rerum gestarum et memoriae

1. *erroribus* de or. II, 178 plura multo homines iudicant odio aut amore — aut dolore aut laetitia — aut errore aut aliqua permotione mentis.

3. *de materia.* Zu den materiellen Erfordernissen gehört für den Redner weiter nicht nur die Kenntnis auch des dritten Teils der Philosophie, der Physik oder Metaphysik, sondern auch die des positiven Rechts und der Historie de or. I, 18.

4. *de ipso genere dicendi* von dem eigentlich, speciell oratorischen, d. h. der formellen stilistischen Thätigkeit des Redners (der elocutio).

5. *rem* 72. de or. III, 125 rerum copia verborum copiam gignit. II, 146 ea (sc. materies orationis) vi sua verba pariet; *eruditis* ‚gebildet' besonders durch das Studium der griech. Literatur.

7. *supra* § 15. *physicorum* 16 quid dicam de natura rerum, cuius cognitio magnam oratori suppeditat copiam.

8. *omnia* etc. insofern durch die höheren Anschauungen überhaupt sein Geist und seine Gedanken und in Folge dessen auch der Ausdruck derselben gehoben wird. *sentiet* ist als das wichtigere nachdrücklich ans Ende gestellt.

10. *illa divina*, die res caelestes der Metaphysik, die Lehre von der Weltschöpfung, dem νοῦς, den Ideen u. a. *illa* dort oben, im Gegensatz von *haec*, hier unten.

11. *ne — quidem* ‚auch nicht', wie sehr oft; *haec humana* gleichsam die res terrestres, hier auf Erden, die unser irdisches Leben hier unten angehen; *ius civile teneat*, wie Cic. diese unerlässliche Forderung einer gründlichen Rechtskenntnis öfters geltend macht de or. I, 166 ff. Brut. 150. Part. or. 100 quarum causarum genus est positum *in iure civili*, quod est in privatarum ac publicarum rerum lege aut more positum; cuius scientia neglecta ab oratoribus plerisque nobis ad dicendum necessaria videtur.

12. *turpius* de or. I, 184 haec et horum similia *iura suae civitatis* ignorantem — vagari — toto foro, praesidium clientibus porrigentem — nonne imprimis flagitiosum putandum est? — *legitimarum* Rechtsstreitigkeiten auf Grund bestimmter positiver Gesetze, um deren Anwendung und Interpretation es sich dann handelt; *civilium* Rechtsstreitigkeiten auf dem Gebiete des Privatrechts, wobei es sich um besondere Anwendung der processualischen Rechtsnormen handelt.

13. *legum* etc. de or. I, 18 neque legum ac iuris civilis scientia neglegenda est.

14. *rerum gestarum ordinem*, die chronologische Folge der geschichtlichen Thatsachen, *memoriae veteris* der geschichtl. Ueberlieferung de or. II, 63 (II, 36 historia — testis temporum — vita memoriae).

veteris ordinem, maxime scilicet nostrae civitatis, sed etiam imperiosorum populorum et regum illustrium; quem laborem nobis Attici nostri levavit labor, qui conservatis notatisque temporibus, nihil cum illustre praetermitteret, annorum septingentorum memoriam uno libro colligavit. Nescire autem, quid ante quam natus sis acciderit, id est semper esse puerum. Quid enim est aetas hominis, nisi memoria rerum veterum cum superiorum aetate contexitur? Commemoratio autem antiquitatis exemplorumque prolatio summa cum delectatione et auctoritatem orationi adfert et fidem.

121 Sic igitur instructus veniet ad causas, quarum habebit genera primum ipsa cognita. Erit enim ei perspectum nihil ambigi posse, in quo non aut res controversiam faciat aut verba: res aut de vero aut de recto aut de nomine, verba aut de ambiguo aut de contrario; nam si quando aliud in sententia videtur esse, aliud in verbis, genus est quoddam ambigui, quod ex praeterito verbo

1. *imperiosorum* von politischer Bedeutung, Grossstaaten, de rep. I, 3 equidem quemadmodum urbes magnas atque imperiosas, ut appellat Ennius, viculis et castellis praeferendas puto etc.

3. *conservatis* etc. unter genauer Beachtung und Angabe der Chronologie de or. II, 329 erit perspicua narratio, si verbis usitatis, si ordine temporum conservato, si non interrupte narrabitur.

4. *nihil cum* etc. also bei einer solchen Vollständigkeit.

7. *memoria* ist Ablativ: die Menschheit bliebe immer im unentwickelten Zustande des Kindesalters, wenn nicht die Gegenwart durch die Erinnerung an die Begebenheiten der Vorzeit mit den vorausliegenden Jahrhunderten verknüpft würde; diese Vermittlung der Gegenwart mit der Vergangenheit ist aber Aufgabe der historia, die insofern vita memoriae ist (de or. II, 36).

8. *commemoratio* etc. de or. I, 256 reliqua adiuvant, historiam dico et prudentiam iuris publici et antiquitatis memoriam et exemplorum copiam.

9. *auctoritatem* etc. de or. II, 156 imminuit et oratoris auctoritatem et orationis fidem.

11. *Sic instructus* mit einem solchen Vorrat materieller Kenntnisse; *genera ipsa* die Hauptgattungen oder Hauptfälle an sich de or. II, 113 ita sunt tria omnino *genera*, quae in disceptationem et controversiam cadere possint: quid fiat factum futurumne sit, aut quale sit, aut quomodo nominetur. Top. § 96.

12. *ambigi* § 116 s. ind. status.

14. *de vero* περὶ τῆς οὐσίας, über die wirkliche Thatsache 126; *de recto* de or. III, 20 ostendere — aut recte factum aut alterius culpa, aut iniuria, aut ex lege aut non contra legem; *de nomine* l. l. aut non eo nomine usurpandum, quo arguatur; *de ambiguo* ἀμφιβολία; *de contrario*, contraria scripta, ἀντινομία, status legum contrariarum de inv. II, 144 ff. ex contrariis legibus controversia nascitur, cum inter se duae videntur leges aut plures discrepare.

15. *nam* zur Rechtfertigung dieser Reducierung der disceptationes legitimae von drei auf nur zwei Hauptfälle; *aliud* etc. bei der discrepantia scripti et voluntatis (Top. 96), dem κατὰ ῥητὸν καὶ διάνοιαν.

16. *genus est quoddam:* der von den Rhetoren aufgeführte dritte Fall de scripto et sententia fällt unter die Kategorie des ambiguum, so dass nur die beiden Fälle, das ambiguum und contrarium, übrig bleiben; *quod ex praeterito* etc. die Zweideutigkeit des scriptum, des Wortlauts, ut *duae sententiae diffe-*

fieri solet, in quo, quod est ambiguorum proprium, res duas significari videmus. Cum tam pauca sint genera causarum, etiam argumentorum praecepta pauca sunt: traditi sunt, e quibus ea ducantur, duplices loci: uni e rebus ipsis, alteri adsumti.

Tractatio igitur rerum efficit admirabiliorem orationem; 35, 122 nam ipsae quidem res in perfacili cognitione versantur. Quid enim iam sequitur, quod quidem artis sit, nisi ordiri orationem, quo aut concilietur auditor aut erigatur aut paret se ad discendum; rem breviter exponere et probabiliter et aperte, ut quid agatur intellegi possit; sua confirmare, adversaria evertere, eaque

rentes accipi possint (Top. 96) entsteht in der Regel dadurch, dass etwas nicht ausdrücklich erwähnt ist, quibus additis defenditur, sententiam scripti perspicuam fuisse (de or. II, 110).

1. *in quo* wobei, in welchem Fall eben eine verschiedene Deutung des Sinnes der Stelle vorkommen kann, d. h. es ist ambigue scriptum; *duas* de inv. II, 116 ex ambiguo nascitur controversia, cum quid senserit scriptor, obscurum est, quod scriptum duas pluresve res significat.

2. *tam pauca,* nämlich 2 Hauptgattungen (res, verba), die erste mit 3, die andere mit 2 Classen von Fällen; *etiam* de or. II, 117 isti quidem, qui docent, cum causas in plura genera secuerunt, singulis generibus argumentorum copiam suggerunt; I, 140 his omnibus partibus subiecta quaedam esse argumenta propria. Mit der obigen Reduction der genera causarum ergibt sich daher zugleich die entsprechende Vereinfachung der Lehre vom oratorischen Beweis oder der Topik als disciplina inveniendorum argumentorum (Top. § 2); es kommen auch hier nur die beiden Hauptkategorieen der inneren und äusseren Beweise in Betracht.

3. *traditi sunt* von den Lehrern der Rhetorik s. ind. loci.

4. *a rebus ipsis* ἐξ αὐτῶν τῶν πράξεων.

Weiter kommt es nun vor allem auf:

C. die formelle Behandlung an, I. im allgemeinen der verschiedenen Redeteile, der *θέσις* und *αὔξησις* (des ἦθος und πάθος) § 122—133.

5. *Tractatio* mit Nachdruck vorangestellt, wie de or. II, 177. Die theoretische Schematisirung ist sehr einfach und bald gelernt, die schwerere Handhabung dieser Dinge also ist es, die der Rede ihren Werth gibt; *admirabiliorem* § 97.

6. *ipsae* die Dinge an sich, die objectiven Stücke, die in Betracht kommen; *quid enim* denn auch das, was sich weiter (iam § 111) in der rhetorischen Theorie anschliesst, ist sehr einfach, aber auf die tractatio kommt es an.

7. *quod quidem artis sit* wenigstens als Bestandteil der rhetorischen τέχνη, des rhetorischen Systems: die bekannten Teile der Rede: exordium, narratio, argumentatio (als confirmatio und refutatio), peroratio de or. I, 143. II, 315—332.

8. *erigatur* zum Aufmerken veranlasst, Brut. 200. p. Sex. Rosc. 60. Acad. II, 10 cum ita esset exorsus, ad audiendum animos ereximus. Als dreifaches Ziel des exordium stellten die Rhetoren bekanntlich auf: ut auditorem faciat *benevolum, attentum, docilem* de inv. I, 20. ad Her. I, 6. Top. 97. Part. or. 28 ut amice, ut intellegenter, ut attente audiamur.

9. *rem* etc. de inv. I, 28 oportet igitur eam (sc. *narrationem*) tres habere res, ut brevis, ut aperta, ut probabilis sit. Quint. IV, 2, 31.

10. *sua confirmare* 50. de or. II, 331 tum suggerenda sunt firmamenta causae et infirmandis contrariis et tuis confirmandis. Part. or. 122; *evertere* de or. II, 161 (Car-

efficere non perturbate, sed singulis argumentationibus ita conclu-
dendis, ut efficiatur quod sit consequens eis quae sumentur ad
quamque rem confirmandam; post omnia perorationem inflamman-
tem restinguentemve concludere? Has partes quemadmodum tractet
singulas, difficile dictu est hoc loco; nec enim semper tractantur
123 uno modo. Quoniam autem non quem doceam quaero, sed quem
probem, probabo primum eum, qui quid deceat videbit. Haec
enim sapientia maxime adhibenda eloquenti est, ut sit temporum
personarumque moderator. Nam nec semper nec apud omnes nec
pro omnibus nec omnibus eodem modo dicendum arbitror. Is
erit ergo eloquens, qui ad id, quodcumque decebit, poterit accom-
36 modare orationem. Quod cum statuerit, tum, ut quidque erit di-
cendum, ita dicet, nec satura ieiune nec grandia minute nec item
124 contra, sed erit rebus ipsis par et aequalis oratio; principia vere-
60 tatio: materia in verbis, tractatio in collocatione verborum. Ternae autem sunt utriusque partes: verborum tralatum, novum, priscum (nam de propriis nihil hoc loco dicimus); collocationis autem eae,
202 quas diximus, compositio, concinnitas, numerus. Sed in utroque frequentiores sunt et liberiores poetae; nam et transferunt verba cum crebrius tum etiam audacius, et priscis libentius utuntur et liberius novis; quod idem fit in numeris, in quibus quasi necessitati parere coguntur; sed tamen haec nec nimis esse diversa ne-

1. *scripserint*, denn stilus est optimus magister de or. I, 150.

2. *similia scriptorum* de or. I, 152 qui a scribendi consuetudine ad dicendum venit, hanc adfert facultatem, ut etiam subito si dicat, tamen illa quae dicantur, similia scriptorum esse videantur.

3. *concurrunt* stellen sich von allen Seiten ein und werden ebenso schnell an ihren Posten gewiesen; der Geist ist der ordnende und commandierende Feldherr, nach einem bei Cic. häufigen Vergleich der militärischen mit der rhetorischen Taktik.

4. *dimittit* gleichfalls militärischer Ausdruck, ebenso *respondent* beim Verlesen zu erkennen geben, dass man da ist (ad nomina respondere), also hier: dass jedes an seine richtige Stelle kommt, sich bereitwillig in Reih und Glied stellt de or. III, 191 ipsi occurrent orationi, ipsi, inquam, se offerent et respondebunt non vocati.

5. *descriptus* ihre nach den Gesetzen der Taktik fest bestimmte Reihenfolge schliesst das einemal mit diesem, das anderemal mit jenem Satzschluss ab.

8. *incitatior* geht gleichsam im Laufschritt 67. 212 in oratione wie in itinere; *moderata ingressio* geht langsamen Schritts.

10. *in numeris* hinsichtlich des numerus; Unterschied des oratorischen und poetischen numerus; *in utroque* im ornatus wie im numerus. Ueber *nec* (non) *magis* vgl. Madvigs lat. Sprachl. § 306, Anm. 2 a.E.

13. *verborum* de or. III, 152 tria sunt in verbo simplici, quae orator adfert ad illustrandam atque exornandam orationem: aut inusitatum verbum aut novatum aut translatum.

15. *de propriis* die nicht zum ornatus im engern Sinn gehören.

16. *diximus* § 149. 164.

in utroque im Gebrauch der Tropen, wie hinsichtlich des numerus.

18. *priscis* de or. III, 153 (prisca) sunt poetarum licentiae liberiora quam nostrae.

19. *necessitati* § 198.

20. *sed tamen* trotzdem (dass poetae liberiores sunt) liegt es auf der Hand, dass die eben angeführten Punkte weder sehr verschieden sind noch ohne alle Verwandtschaft. Der Satz ist ähnlich angefügt wie de or. III, 153 sed ta-

que nullo modo coniuncta intellegi licet. Ita fit, ut non item in oratione ut in versu numerus exstet, idque quod numerosum in oratione dicitur non semper numero fiat, sed nonnumquam aut concinnitate aut constructione verborum. Ita si numerus orationis 203
quaeritur qui sit, omnis est, sed alius alio melior atque aptior; si locus, in omni parte verborum; si unde ortus sit, ex aurium voluptate; si componendorum ratio, dicetur alio loco, quia pertinet ad usum, quae pars quarta et extrema nobis in dividendo fuit; si ad quam rem adhibeatur, ad delectationem; si quando, semper; si quo loco, in tota continuatione verborum; si quae res efficiat voluptatem, eadem quae in versibus, quorum modum notat ars, sed aures ipsae tacito eum sensu sine arte definiunt.

Satis multa de natura: sequitur usus, de quo est accura- 61, 204
tius disputandum. In quo quaesitum est in totone circuitu illo orationis, quem Graeci περίοδον, nos tum ambitum tum circuitum tum comprehensionem aut continuationem aut circumscriptionem dicimus, an in principiis solum, an in extremis, an in utraque parte numerus tenendus sit; deinde cum aliud videatur esse numerus, aliud numerosum, quid intersit; tum autem, in omnibusne 205
numeris aequaliter particulas deceat incidere, an facere alias breviores, alias longiores, idque quando aut cur, quibusque partibus, pluribusne an singulis, imparibus an aequalibus; et quando aut his aut illis sit utendum; quaeque inter se aptissime collocentur

men raro habet etiam in oratione poeticum aliquod verbum dignitatem. Vgl. den krit. Anh.

2. *exstet* nicht eben so hervortritt, sich herausstellt de or. I, 72.

4. *Ita* damit werden die Hauptpunkte noch einmal recapituliert, als summarische Antwort auf die § 179 aufgeworfenen Fragen; *omnis* 195.

6. *in omni parte,* d. h. sowol im Anfang, als in der Mitte und am Ende der Worte.

8. *fuit* § 174.

10. *in tota* 199 toto in ambitu verborum.

11. *modum* das strenge Versmass 198; *notat ars* ,die Theorie anmerkt' 178.

12. *tacito* durch ein stummes, d. h. unbewusstes Gefühl de or. III, 195 omnes tacito quodam sensu sine ulla arte aut ratione — diiudicant.

δ) Rechter Gebrauch und Nutzen des Rhythmus 204—236.

14. *quaesitum est* Fragen, die von den Rhetoren an dieser Stelle, im Kapitel de usu im Einzelnen behandelt zu werden pflegen; *in totone circuitu* 199.

15. *nos* 171. *ambitum* 207. 212. 221 f. de or. III, 186. Brut. 162. *circuitum* 78. *comprehensionem* 149. 208. 221. *continuationem* 203. 208. de or. III, 171. *circumscriptionem* 200. 208. 221.

17. *in principiis* den Periodenanfängen, *extremis* den Periodenschlüssen.

20. *aequaliter* etc. unter einander gleiche kleine Satzabschnitte machen, in kurzem gleichgliederigem Rhythmus; *idque* die Anwendung der gleichen rhythmischen Glieder oder der ungleichen.

21. *quibusque partibus* vermittels welcher Redeteile: besser durch das Verbum, oder durch das Nomen oder das Adverb? *pluribus* etc. durch Häufung mehrerer Verba u. Nomina oder nur durch je eins? und wieder: durch Zusammenstellung von rhythmisch ungleichen oder gleichen Verben und Nomina.

23. *his* etc. aequalibus und singulis, *illis* sc. imparibus und plu-

et quo modo, an omnino nulla sit in eo genere distinctio; quodque ad rem maxime pertinet, qua ratione numerosa fiat oratio.
206 Explicandum etiam est, unde orta sit forma verborum, dicendumque, quantos circuitus facere deceat, deque eorum particulis et tamquam incisionibus disserendum est quaerendumque, utrum una species et longitudo sit earum anne plures et, si plures, quo loco aut quando quoque genere uti oporteat. Postremo totius generis utilitas explicanda est, quae quidem patet latius; non ad unam enim rem aliquam, sed ad plures accommodatur.

207 Ac licet non ad singula respondentem de universo genere sic dicere, ut etiam singulis satis responsum esse videatur. Remotis igitur reliquis generibus unum selegimus hoc, quod in causis foroque versatur, de quo diceremus. Ergo in aliis, id est in historia et in eo quod appellamus ἐπιδεικτικόν, placet omnia dici Isocrateo Theopompeoque more illa circumscriptione ambituque, ut tamquam in orbe inclusa currat oratio, quoad insistat in singulis perfectis
208 absolutisque sententiis. Itaque posteaquam est nata haec vel circumscriptio vel comprehensio vel continuatio vel ambitus, si ita licet dicere, nemo, qui aliquo esset in numero, scripsit orationem generis eius quod esset ad delectationem comparatum remotumque a iudiciis forensique certamine, quin redigeret omnes fere in quadrum numerumque sententias. Nam cum is est auditor, qui non vereatur ne compositae orationis insidiis sua fides attemptetur, gratiam quoque habet oratori voluptati aurium servienti. Genus autem hoc orationis neque totum adsumendum est ad causas fo-

ribus; *quaeque* etc. was für rhythmische Glieder passen am besten zusammen oder ist in dieser Hinsicht kein Unterschied?

2. *qua ratione* etc. wie eigentlich der rhythmische Charakter der Rede bewerkstelligt wird.

3. *forma verborum* die Gestaltung der Worte, sofern sie der Concinnität dient de or. III, 171. 173.

4. *quantos* vom Umfang der Periode (etwa der Länge von vier Senaren gleich Quint. IX, 4, 125).

5. *incisionibus* die *κόμματα* 211.

1) § 207—220.

12. *unum* das genus iudiciale als das wichtigste; *in causis foroque* 69, in privatrechtlichen und in Criminalprocessen.

13. *in historia* 37, in der rhetorisierenden Geschichtsschreibung, die als solche mehr zum genus demonstrativum gehört.

14. *omnia* ohne Ausnahme; das ist anders beim genus iudiciale.

16. *in orbe* 149. Dionys. de Isocr. 2, 15 *περιόδῳ τε καὶ κύκλῳ περιλαμβάνειν τὰ νοήματα πειρᾶται ῥυθμοειδεῖ πάνυ καὶ οὐ πολὺ ἀπέχοντι τοῦ ποιητικοῦ μέτρου.*

insistat 170. *perfectis* 168. 178. de or. III, 192 in eis (sc. clausulis) maxime perfectio atque absolutio iudicatur.

20. *remotum* etc. 37 quae absunt a forensi contentione.

21. *in quadrum* 197. 233 genau abzirkeln, dergestalt, dass alle Seiten regelmässig sich entsprechen (*ἡ εἰς ὄνυχα σύμπηξις*); *in numerum* in rhythmische Form bringen.

23. *compositae* durch das Verführerische einer mit besonderer Kunst der Wort- und Satzstellung, mit absichtlicher Berechnung in Wortwahl und Wortfügung abgefassten Rede; *sua fides* etc. dass man in diesen Schlingen ihn fangen und seine Gewissenhaftigkeit auf die Probe stellen will.

24. *v* [illegible] 198.

renses neque omnino repudiandum. Si enim semper utare, 62, 209
cum satietatem adfert, tum quale sit etiam ab imperitis agnoscitur; detrahit praeterea actionis dolorem, aufert humanum sensum actoris, tollit funditus veritatem et fidem.

Sed quoniam adhibenda nonnumquam est, primum videndum est, quo loco, deinde quam diu retinenda sit, tum quot modis commutanda. Adhibenda est igitur numerosa oratio, si aut lau- 210
dandum est aliquid ornatius, ut nos in accusationis secundo de Siciliae laude diximus, ut in senatu de consulatu meo, aut exponenda narratio, quae plus dignitatis desiderat quam doloris, ut in quarto accusationis de Hennensi Cerere, de Segestana Diana, de Syracusarum situ diximus. Saepe etiam in amplificanda re concessu omnium funditur numerose et volubiliter oratio; id nos fortasse non perfecimus, conati quidem saepissime sumus, quod plurimis locis perorationes nostrae voluisse nos atque animo contendisse declarant. Id autem tum valet, cum is qui audit ab oratore iam obsessus est ac tenetur. Non enim id agit, ut insidietur et observet, sed iam favet processumque vult dicendique vim admirans non anquirit quid reprehendat.

2. *quale sit* auch der Laie merkt dann die Kunstgriffe und der fortwährende Parallelismus u. s. w. macht keinen Eindruck mehr auf ihn 215.

3. *detrahit* wegen der steten kalten Berechnung dieser oratorischen Form; der Redner geht immer auf Stelzen, sein natürliches Gefühl kommt nicht zum Ausdruck, weil er nicht reden darf, wie ihm der Schnabel gewachsen ist.

actionis dolorem das Herzbewegende im Vortrag (130. de or. III, 96), weil durch die unaufhörlichen Antithesen u. s. w. das Gefühl ganz abgestumpft wird.

4. *tollit* die Sprache der Wahrheit, der man Vertrauen schenken kann, ist in der Regel einfach und schmucklos.

5. *adhibenda* sc. numerosa oratio.

7. *commutanda* die *ῥυθμῶν μεταβολή* oder *ἀλοίωσις*, Quint. IX, 4, 50 (rhythmi) quomodo coeperant, currunt usque ad *μεταβολήν*, id est transitum in aliud genus rhythmi.

a) § 210.

8. *accusationis* Verr. II, 2 s. ind. Verrin.; *de consulatu meo* s. ind. Cicero.

10. *plus dignitatis* etc. mehr ruhige, gemessene Haltung als Pathos 209.

12. *in amplificanda re,* in der *αὔξησις* ad Her. III, 23 amplificatio est oratio quae aut ad iracundiam inducit aut ad misericordiam trahit auditoris animum; besonders gegen den Schluss hin de or. I, 143 extrema oratione ea, quae pro nobis essent, amplificanda et augenda.

13. *funditur* strömt die Rede im rhythmischen Fall und ungehemmten Fluge dahin (222. de or. III, 194 versus fundere); *volubiliter* 207.

15. *perorationes* 130.

17. *id agit* etc. Anfänglich ist der Richter auf seiner Hut, er will sich nicht irgend berücken oder verblenden lassen; deshalb gibt er sich nicht gleich hin, sondern ist im Gegenteil darauf gerichtet, dem Redner genau aufzupassen. Ist er aber einmal gewonnen, dann hört auch die anfängliche Zurückhaltung auf (Quint. IX, 4, 129 iudex non solum rem tenet, sed etiam captus est oratione et se credit actori et voluptate iam ducitur); er ist dem Redner geneigt, sieht es gern, dass er auf der eingeschlagenen Bahn fortgehe und bewundert seine Redekunst ohne tadelnde Kritik; *insidietur* wie de or. I, 136.

b) § 211.

211 Haec autem forma retinenda non diu est, non dico in peroratione, quam ipsam includit, sed in orationis reliquis partibus. Nam cum sis eis locis usus, quibus ostendi licere, transferenda tota dictio est ad illa, quae nescio cur, cum Graeci κόμματα et κῶλα nominent, nos non recte incisa et membra dicamus. Neque enim esse possunt rebus ignotis nota nomina, sed cum verba aut suavitatis aut inopiae causa transferre soleamus, in omnibus hoc fit artibus, ut, cum id appellandum sit, quod propter rerum ignorationem ipsarum nullum habuerit ante nomen, necessitas cogat aut novum facere verbum aut a simili mutuari.

63, 212 Quo autem pacto deceat incise membratimve dici iam videbimus; nunc quot modis mutentur comprehensiones conclusionesque dicendum est. Fluit omnino numerus a primo tum incitatius brevitate pedum, tum proceritate tardius. Cursum contentiones magis requirunt, expositiones rerum tarditatem. Insistit autem ambitus modis pluribus, e quibus unum est secuta Asia maxime, qui dichoreus vocatur, cum duo extremi chorei sunt, id est e singulis longis et brevibus; — explanandum est enim,
213 quod ab aliis eidem pedes aliis vocabulis nominantur. Dichoreus non est ille quidem sua sponte vitiosus in clausulis, sed in orationis numero nihil est tam vitiosum quam si semper est idem.

2. *includit* wie 19. 133, für die peroratio ist die oratorisch-rhythmische Form gerade recht, passt vollkommen für sie.

3. *ostendi* eben § 210; *transferenda* dem Ausdruck ist die andere Form zu geben, so dass κόμματα und κῶλα entstehen.

4. *nescio cur* etc. Cic. sah sich oftmals genötigt, für diese durch ihn zuerst aus der griechischen in die latein. Literatur übergehenden Dinge zugleich auch neue Benennungen zu schaffen u. das scheinbar auffallende solcher Uebertragungen aus dem Griechischen zu rechtfertigen.

5. *Neque enim* etc. wir müssen die Benennungen neu schaffen, weil wir sie noch nicht haben; denn wir bekommen ja jetzt erst die Dinge; sind diese unbekannt, kann es auch keine bekannten Benennungen der Dinge geben; *sed* sondern es geschieht das eben überall, dass dann neue Benennungen geschaffen werden.

7. *transferre* 92. *artibus* 114. *appellandum* eine Benennung erhalten muss.

c) § 212—219.

11. *iam* gleich hernach (221 ff.). Brut. 96. 171.

12. *comprehensiones* die Gesamtperioden 149. *conclusiones* die periodisch abgerundeten Sätze.

13. *a primo* anfänglich. *incitatius* 67, der raschere Gang wird durch die kurzen Versfüsse, der langsamere durch die gedehnteren hervorgebracht.

14. *cursum* einen raschen Gang; *contentiones* in der Hitze des Gefechts, wo es sich um Beweis und Gegenbeweis handelt ad Heren. III, 23 contentio est oratio acris et ad confirmandum et ad confutandum accommodata.

15. *insistit* 170 das Schlussglied der Periode ist hinsichtlich des Tonfalls verschieden.

19. *eidem pedes* die chorei 191. Dionys. Halic. de comp. verb. c. 17 ὁ μὲν γὰρ ἐξ ἁπασῶν βραχειῶν συνεστώς, καλούμενος ὑπό τινων χορεῖος, τρίβραχυς πούς. Quint. IX, 4, 82 tres breves trochaeum (efficiunt), quem tribrachyn dici volunt, qui choreo trochaei nomen imponunt.

20. *sua sponte* 115; *semper idem* 195.

Cadit autem per se ipse ille praeclare, quo etiam satietas formidanda est magis. Me stante C. Carbo C. f. tribunus plebis in contione dixit his verbis: ,O Marce Druse, patrem appello' — haec quidem duo binis pedibus incisim, — deinde membratim: ,tu solebas dicere sacram esse rem publicam', haec autem membra ternis;
post ambitus: ,quicumque eam violavissent, ab omnibus esse ei 214
poenas persolutas', dichoreus, (nihil enim ad rem, extrema illa longa sit an brevis), deinde: ,patris dictum sapiens temeritas filii comprobavit'; hoc dichoreo tantus clamor contionis excitatus est, ut admirabile esset. Quaero, nonne id numerus effecerit? Verborum ordinem immuta, fac sic: ,comprobavit filii temeritas', iam nihil erit, etsi ,temeritas' ex tribus brevibus et longa est, quem Aristoteles ut optimum probat, a quo dissentio. ,At eadem verba,
eadem sententia'. Animo istuc satis est, auribus non satis. Sed 215
id crebrius fieri non oportet; primum enim numerus agnoscitur, deinde satiat, postea cognita facilitate contemnitur.

Sed sunt clausulae plures, quae numerose et iucunde cadant. 64
Nam et creticus, qui est e longa et brevi et longa, et eius aequalis

1. *cadit* 168. 199; *praeclare* sehr vernehmlich, in die Ohren fallend.

2. *me stante*, ich war als Zuhörer zugegen. Tusc. III, 48 animadvertit Gracchus in contione Pisonem stantem.

4. *binis pedibus* die incisa (*κόμματα* 66, 223) bestanden aus je zwei Versfüssen: ⏑́⏑⏑́⏑ | ⏑́–⏑́– (2 Trochäen: Marce Druse u. zwei Spondeen: patrem appello); die membra (*κῶλα*) dagegen (autem) aus je drei Versfüssen: ⏑́⏑⏑́⏓, ⏑́⏑⏑ | (⏑)⏑́⏑–, ⏑́⏑– (2 Trochäen u. 1 Daktylus, tu solebas dicere und 2 Jamben u. 1 Creticus oder wenn man die Silbe sa als Vorschlagssilbe nicht rechnet, je 1 Creticus sacram esse rempublicam). Nach dem incisim und membratim gebildeten Teil des Satzes folgt dann die eigentliche Periode im engern Sinn (ambitus) mit dem imponierenden Dichoreus am Ende ⏑́⏑⏑́⏑ (persolutas, comprobavit).

5. *sacram esse rempublicam* der Creticus wird von Cic. de or. III, 50, 193 ausdrücklich als guter Schlussrhythmus bezeichnet. Es ergibt sich in den angeführten Worten eine rhythmische Verbindung, wie sie sich unter andern häufig in den Chorliedern des griech. Dramas findet, z. B. Soph. Antig. 356 *πάγων ὑπαίθρεια καὶ | δυσόμβρα φεύγειν βέλη.*

7. *persolutas* wie gleichfalls in den Chorliedern des griech. Dramas z. B. Soph. Antig. 363 *ξυμπέφρασται* (*ὃς. ταδ' ἔρδει*).

nihil ad rem 217.

9. *clamor* 107.

10. *nonne* in der indirecten Frage. Meiring Lat. Gr. § 725. Acad. II, 76 ex me quaesieras, nonne putarem post illos veteres tot saeculis inveniri verum potuisse.

11. *immuta — erit* § 167.

12. *quem* sc. pedem, den Päon (quartus) ⏑⏑⏑–́.

13. *probat* 193. de or. III, 183 probatus autem ab eodem illo maxime paeon. — Atque illi philosopho ordiri placet a superiore paeone, posteriore finire.

dissentio d. h. andere Schlussrhythmen, wie z. B. der creticus können unter Umständen ebenso gut oder noch besser sein 215 ff.

15. *crebrius* 195. de or. III, 192 f. *agnoscitur* 189. 209.

17. *clausulae* speciell die Periodenausgänge oder Periodenschlüsse de or. III, 152; *numerose cadant* 149. 175. 199. 220.

18. *creticus* de or. III, 183 est paeon hic posterior — non syllabarum numero, sed aurium men-

paean, qui spatio par est, syllaba longior, quam commodissime putatur in solutam orationem illigari, cum sit duplex. Nam aut e longa est et tribus brevibus, qui numerus in primo viget, iacet in extremo, aut e totidem brevibus et longa, in quem optime cadere
216 censent veteres; ego non plane reiicio, sed alios antepono. Ne spondeus quidem funditus est repudiandus, etsi, quod est e longis duabus, hebetior videtur et tardior; habet tamen stabilem quendam et non expertem dignitatis gradum, in incisionibus vero multo magis et in membris; paucitatem enim pedum gravitate sua et tarditate compensat. Sed hos cum in clausulis pedes nomino, non loquor de uno pede extremo, adiungo, quod minimum sit, proxi-
217 mum superiorem, saepe etiam tertium. Ne iambus quidem, qui est e brevi et longa, aut par choreo qui habet tres breves trochaeus, sed spatio par, non syllabis, aut etiam dactylus, qui est e longa et duabus brevibus, si est proximus a postremo, parum volubiliter pervenit ad extremum, si est extremus choreus aut spondeus; numquam enim interest uter sit eorum in pede extremo. Sed eidem hi tres pedes male concludunt, si quis eorum in extremo locatus est, nisi cum pro cretico postremus est dactylus; nihil enim interest dactylus sit extremus an creticus, quia postrema
218 syllaba brevis an longa sit ne in versu quidem refert. Quare etiam paeana qui dixit aptiorem, in quo esset longa postrema, vidit parum, quoniam nihil ad rem est, postrema quam longa sit. Iam paean, quod plures habeat syllabas quam tres, numerus a quibusdam, non pes habetur. Est quidem, ut inter omnes constat

sura par fere cretico, qui est ex longa et brevi et longa.

1. *spatio* 193.

quam commodissime ὡς ἐπιτηδειότατα; *illigari* 96. *duplex* s. ind. paeon.

3. *in primo* τῇ ἀρχῇ ἁρμόττει, *in extremo* ἐν τῇ τελευτῇ.

4. *in quem* 223 comprehensio . . in spondeum cadit; *cadere* sc. orationem s. sententiam (§ 199), welches Subject hier schwer vermisst wird.

8. *multo magis* sc. quam in ambitu 214. 223 ff.

9. *gravitate* Hor. art. poet. 255 Tardior ut paullo graviorque veniret ad aures (sc. iambus), spondeos stabiles in iura paterna recepit.

13. *trochaeus* 192; *sed* um das vorausgehende par zu beschränken; *spatio* 193.

15. *volubiliter* 210: also den Ausgang des Hexameters empfiehlt Cic. als Clausel nicht; daher nicht: esse *videtur*, sondern lieber videtur esse. Ebenso wäre nicht zu empfehlen: ⏑– | –́⏒ und ⏑⏑⏑ | –́⏒.

17. *uter* der Choreus (–́⏑) oder Spondeus; *in pede extremo:* pes im Sinne von Wortfuss, der die Stelle des Versfusses vertritt.

19. *nisi cum* ausser wenn der Daktylus der Stellvertreter des Creticus ist, also eigentlich der Rhythmus der ist: –́⏑–́⏑– (nicht –́⏒, –⏑⏑).

20. *nihil interest* 214. Quint. IX, 4, 93 Clausula quoque e longis firmissima est, sed venit et in breves, quamvis habeatur indifferens ultima. Neque enim ego ignoro, in fine pro longa accipi brevem, quod videtur aliquid vacantis temporis ex eo quod insequitur accedere; aures tamen consulens meas intellego multum referre, verene longa sit, quae claudit, an pro longa.

22. *qui dixit* Aristoteles 214.

25. *quibusdam* Quint. IX, 4, 79 equidem Ciceronem sequar (nam is

antiquos, Aristotelem, Theophrastum, Theodectem, Ephorum, unus aptissimus orationi vel orienti vel mediae; putant illi etiam cadenti, quo loco mihi videtur aptior creticus. Dochmius autem e quinque syllabis, brevi, duabus longis, brevi, longa, ut est hoc ‚amicos tenes', quovis loco aptus est, dum semel ponatur; iteratus aut continuatus numerum apertum et nimis insignem facit. His 65, 219
igitur tot commutationibus tamque variis si utemur, nec deprehendetur manifesto id quod a nobis de industria fiet, et occurretur satietati. Et quia non numero solum numerosa oratio, sed et compositione fit et genere, quod ante dictum est, concinnitatis — compositione potest intellegi, cum ita structa verba sunt, ut numerus non quaesitus, sed ipse secutus esse videatur, ut apud Crassum: ‚nam ubi lubido dominatur, innocentiae leve praesidium est': ordo enim verborum efficit numerum sine ulla aperta oratoris industria —: itaque si quae veteres illi (Herodotum dico et Thucydidem totamque eam aetatem) apte numeroseque dixerunt, ea non numero quaesito, sed verborum collocatione ceciderunt. Formae 220
vero quaedam sunt orationis, in quibus ea concinnitas est, ut sequatur numerus necessario. Nam cum aut par pari refertur aut

eminentissimos Graecorum est secutus) excepto quod pes mihi tres syllabas non videtur excedere; quamquam ille paeane dochmioque, quorum prior in quattuor, secundus in quinque excurrit, utatur. Nec tamen ipse dissimulat, quibusdam numeros videri, non pedes, neque immerito; quidquid enim supra tres syllabas, id est ex pluribus pedibus.

6. *insignem* zu auffallend de or. III, 182 sunt insignes percussiones eorum numerorum (des Jambus u. Trochäus).

7. *commutationibus* 209; *deprehendetur* Catil. III, 4 ut tota res.. a vobis manifesto deprehenderetur. Die Anwendung der industria an sich ist ganz in der Ordnung, aber man darfs nicht merken, wie oben 195 ut de industria factum *appareat* und gleich hernach sine ulla *aperta* oratoris industria. Daher ist wol zu lesen *id quod — fiet* ganz wie in der Parallelstelle de or. III, 193 horum vicissitudines efficient, ut neque ei satientur qui audient fastidio similitudinis nec nos *id quod faciemus opera dedita facere videamur* s. d. krit. Anh.

9. *compositione* 149. 202. *genere* etc. 181. 202. 164.

10. *compositione* etc. die Parenthese dient dazu, um an einem Beispiel zu zeigen, wie die Rede durch die Composition rhythmisch werden könne. *structa* 149. 20.

12. *non quaesitus* etc. 165; *ipse* von selbst de or. III, 182 natura — incurrunt ipsi in orationem sermonemque nostrum.

apud Crassum, wahrscheinlich aus seiner berühmten im Jahre 106 gehaltenen suasio legis Serviliae. de or. I, 225.

13. *nam ubi* etc. Quint. IX, 4, 109 non quidem optime est sibi iunctus anapaestus, ut qui sit pentametri finis, vel rhythmus qui nomen ab eo traxit: ‚nam ubi libido dominatur, innocentiae leve praesidium est'; nam synaliphe facit, ut duae ultimae syllabae pro una sonent. Melior fiet praecedente spondeo vel bacchio, ut si mutes idem ‚leve innocentiae praesidium est.'

15. *itaque* ist eingeschoben, um die durch die längere Parenthese unterbrochene Rede wieder aufzunehmen, vgl. Madvigs lat. Sprachl. § 480.

16. *apte* 149. *ceciderunt* hatte rhythmischen Tonfall 168.

17. *formae orationis*, σχήματα λέξεως 164. 181. 135.

19. *par pari* das πάρισον, contra-

contrarium contrario opponitur aut quae similiter cadunt verba verbis comparantur, quidquid ita concluditur, plerumque fit ut numerose cadat. Quo de genere cum exemplis supra diximus, ut haec quoque copia facultatem adferat non semper eodem modo desinendi. Nec tamen haec ita sunt arta et astricta, ut ea, cum velimus, laxare nequeamus. Multum interest, utrum numerosa sit, id est similis numerorum, an plane e numeris constet oratio. Alterum si fit, intolerabile vitium est; alterum nisi fit, dissipata et inculta et fluens est oratio.

66, 221 Sed quoniam non modo non frequenter, verum etiam raro in veris causis ac forensibus *disceptationibus* circumscripte numeroseque dicendum est, sequi videtur, ut videamus quae sint illa, quae supra dixi incisa, quae membra; haec enim in veris causis maximam partem orationis obtinent. Constat enim ille ambitus et plena comprehensio e quattuor fere partibus, quae membra dicimus, ut et aures impleat et ne brevior sit quam satis sit neque longior. Quamquam utrumque nonnumquam vel potius saepe

rium etc. das ἀντίϑετον, *similiter cadunt* die ὁμοιόπτωτα 38. 174.

2. *concluditur* periodisch zusammengefasst, abgeschlossen wird; *numerose cadat* 64, 215 ff.

3. *supra* 165 ff.; *copia* der Reichtum, der die Auswal gestattet; *facultatem* die Möglichkeit.

5. *haec* die Vorschriften des oratorischen Rhythmus de or. III, 190 nec sunt haec rhythmicorum aut musicorum acerrima norma dirigenda; *astricta* de or. III, 184 illud adsentior Theophrasto, qui putat orationem, quae quidem sit polita atque facta quodam modo, non astricte, sed *remissius numerosam* esse oportere; — *laxare* 176.

6. *numerosa* 198. *vitium* 189.

8. *dissipata* 233. 235, wie 196 u. 198 dissoluta, im Gegensatz von conclusa mit ‚hier und da, zusammenhangslos und unordentlich zerstreuten Gliedern'. de or. I, 187 omnia fere ‚quae sunt conclusa nunc artibus dispersa et dissipata quondam fuerunt'. Brut. 216.

9. *inculta* roh (vgl. 172) und ohne Spur einer feineren Bildung, ungeschliffen, im Gegensatz von apta; daher auch von Personen Brut. 117 sed ut vita sic oratione durus, incultus, horridus; *fluens* 198.

2) § 221—226.

11. *ac forensibus disceptationibus* s. d. krit. Anh. Die verae causae stehen den fictae, den gemachten Redethemen des γένος ἐπιδεικτικόν oder der sophistischen Schulberedsamkeit (37. 207. Brut. 316), die forenses disc. den disputationibus philosophorum entgegen; die verae causae sind wirkliche Processe vor Gericht, in denen es sich um reale, nicht um fingierte Dinge handelt; die discept. for. sowol iudiciorum als deliberationum sind die Kämpfe des Staatsmannes apud iudices und in der contio, wo es sich um Entscheidung der wichtigsten Lebensfragen, nicht um Disputs oder Räsonnements über Fragen ohne alle praktischen Folgen handelt 37. 207 f. 170. de or. I, 65. 22.

non frequenter eben wegen des Ernstes der Sache, der die rhetorische Kunst des γένος ἐπιδεικτικόν verschmäht: ne quid data opera dicere videamur 51, 170; 12, 38 quae in veritate causarum et certe occultius; *circumscripte* 38.

13. *supra* 211; *ambitus* 204; *comprehensio* 149.

quattuor Demetr. de eloc. 16 τῶν δὲ περιόδων αἱ μικρότεραι μὲν ἐκ δυοῖν κώλοιν συντίϑενται, αἱ μέγισται δὲ ἐκ τεττάρων· τὸ δ' ὑπὲρ τέτταρα οὐκ ἔτ' ἂν ἐντὸς εἴη περιοδικῆς συμμετρίας. Quint. IX, 4, 125 habet periodus membra minimum

accidit, ut aut citius insistendum sit aut longius procedendum, ne brevitas defraudasse aures videatur neve longitudo obtudisse. Sed habeo mediocritatis rationem; nec enim loquor de versu et est liberior aliquanto oratio. E quattuor igitur quasi hexametrorum 222 instar versuum quod sit, constat fere plena comprehensio. His igitur singulis versibus quasi nodi apparent continuationis, quos in ambitu coniungimus. Sin membratim volumus dicere, insistimus, itaque cum opus est, ab isto cursu invidioso facile nos et saepe diiungimus. Sed nihil tam solet esse numerosum quam hoc, quod minime apparet et valet plurimum. Ex hoc genere illud est Crassi: ‚missos faciant patronos: ipsi prodeant‘; — nisi intervallo dixisset: ‚ipsi prodeant‘, sensisset profecto se fudisse senarium; omnino melius caderet, ‚prodeant ipsi‘; sed de genere nunc disputo, — ‚cur 223 clandestinis consiliis nos oppugnant? cur de perfugis nostris copias comparant contra nos?‘ Prima sunt illa duo, quae *κόμματα*

duo; medius numerus videtur quattuor, sed recipit frequenter et plura.

1. *insistendum* 170; *ne brevitas* etc. in chiastischer Stellung: das Gehör verlangt eigentlich mehr u. wird daher beeinträchtigt, wenn man vor dem erwarteten Ziel einhält; *obtudisse* das Gehör ermüdet und wird stumpf, wenn man zu weit, ohne Aufhören über das Ziel hinausgeht. de or. III, 191.

3. *mediocritatis* de off. I, 89 mediocritatem illam tenebit, quae est inter nimium et parum.

4. *liberior* de or. III, 184 neque vero haec tam acrem curam diligentiamque desiderant, quam est illa poetarum, quos necessitas cogit et ipsi numeri ac modi sic verba versu includere, ut nihil sit ne spiritu quidem minimo brevius aut longius quam necesse est; liberior est oratio.

e quattuor etc. d. h. ex eo, quod quattuor quasi hexametrorum versuum instar sit, constat.

5. *his igitur* etc. an diesen vier je einem Hexameter gleichen Reihen stellen sich gleichsam die vier Knotenpunkte dar, die im ambitus (der Periode) verbunden werden und so ein gegliedertes Ganze bilden, wie etwa die vier Stücke eines Kranzes, die mittels der vier Knoten zu einem Kranze zusammen zu binden sind.

7. *sin* der ganze Kranz ist der ambitus; wollen wir aber in Gliedern (*κατὰ κῶλα*) reden, so vollenden wir das ganze Rund nicht, sondern brechen ab.

8. *invidioso* 170 nimis insidiarum ad capiendas aures adhiberi videtur; *sed* aber damit reden wir erst recht rhythmisch.

9. *solet* s. den krit. Anh.

hoc sc. membratim dicere.

10. *minime apparet* 219, damit fällt die invidia weg.

illud Crassi: wol auch aus der Serviliana 219.

11. *missos* etc. die beiden Sätze missos f. patronos und ipsi prodeant, durch eine kleine Pause (intervallo Quint. IX, 4, 108) im Vortrag von einander geschieden, sind die incisa (*κόμματα*). *prodeant* etc. sc. equites Einl. I zu Cic. de or. § 10, 82.

12. *fudisse* 210, aus Versehen, nicht data opera de or. III, 194; *omnino* ‚überhaupt‘, *caderet* abschliessen 199.

13. *de genere* d. h. es handelt sich hier nur um die Begriffsbestimmung von membrum und incisum im Allgemeinen.

14. *cur oppugnant* das ist drittens das eine *κῶλον* oder membrum, s. u. Z. 1, S. 146.

cur de — nos ist die gleichfalls nach einer kleinen Pause folgende, zwar kurze, aber gewichtige comprehensio, der Periodenschluss. *de perfugis nostris,* aus der Senatspartei.

15. *comparant — cadit* s. d. krit. Anhang.

Graeci vocant, nos ‚incisa' dicimus; deinde tertium *κῶλον* illi, nos ‚membrum'; sequitur comprehensio non longa quidem — ex duobus enim versibus, id est membris perfecta est — sed in spondeos cadit. Et Crassus quidem sic plerumque dicebat, idque ipse genus
67 dicendi maxime probo. Sed quae incisim aut membratim efferuntur, ea vel aptissime cadere debent, ut est apud me: ‚domus tibi deerat? at habebas; pecunia superabat? at egebas'; haec incise dicta sunt quattuor; at membratim quae sequuntur duo: ‚incurristi
224 amens in columnas, in alienos insanus insanisti'. Deinde omnia tamquam crepidine quadam comprehensione longiore sustinentur: ‚depressam, caecam, iacentem domum pluris quam te et fortunas tuas aestimasti'. Dichoreo finitur; at dispondeis proximum illud; nam in eis, quibus ut pugiunculis uti oportet, brevitas facit ipsa liberiores pedes; saepe enim singulis utendum est, plerumque binis,
225 et utrisque addi pedis pars potest, non fere ternis amplius. Incisim autem et membratim tractata oratio in veris causis plurimum valet, maximeque eis locis, cum aut arguas aut refellas, ut nostra in Corneliana secunda: ‚o callidos homines, o rem excogitatam, o ingenia metuenda!' Membratim adhuc, deinde caesim, ‚diximus', rursus membratim: ‚testes dare volumus'. Extrema sequitur comprehensio, sed ex duobus membris, qua non potest esse brevior:
226 ‚quem, quaeso, nostrum fefellit ita vos esse facturos?' Nec ullum genus est dicendi aut melius aut fortius quam binis aut ternis ferire verbis, nonnumquam singulis, paullo alias pluribus, inter quae variis clausulis interponit se raro numerosa comprehensio; quam perverse fugiens Hegesias, dum ille quoque imitari Lysiam

1. vor *κῶλον* ist *quod* im Gedanken zu ergänzen, wenn es nicht ausgefallen ist.

3. *in spondeos cadit* Quint. IX, 4, 101 duo spondei non fere se iungi patiuntur, quae in versu quoque notabilis clausula est, nisi cum id fieri potest ex tribus quasi membris: ‚cur de perfugis nostris comparat is (l. comparant) contra nos' una syllaba, duabus, una; — comparant | contra | nos.

5. *efferuntur* de or. III, 40 ut Latine loquamur, videndum est ut verba efferamus ea, quae nemo iure reprehendat.

6. *aptissime cadere* 168.

apud me in der Rede pro Scauro c. 45.

10. *crepidine* wie auf einem Unterbau, der jene Teile trägt.

12. *finitur* in aestumasti (–́⏑–́⏑); *proximum* sc. insanisti (–́––́–).

13. in eis d. h. den incise dictis: at habebas (⏑⏑–́–) — at egebas (⏑⏑–́–).

ut pugiunculis ‚wie Nadelstiche'.

14. *liberiores pedes* also hier: den ionicus a minori.

saepe: zur Begründung von brevitas: im *κόμμα* braucht man oft nur je 1 bzw. 1½, oder je 2 bzw. 2½ oder höchstens je 3 Versfüsse.

16. *in veris causis* 221.

18. *in Corneliana* s. ind. Cornelius.

19. *caesim* Quint. IX, 4, 122 fiunt etiam singulis verbis incisa: ‚diximus, testes dare volumus'; incisum est ‚diximus'.

24. *ferire* wie oben pugiunculis uti; *inter quae,* nämlich den incisa.

25. *variis clausulis* mit wechselnden rhythmischen Ausgängen.

raro hin u. wieder; denn die Regel ist allerdings, dass die comprehensio nach den incise und membratim dicta das Ganze abschliesst.

26. *quam* d. h. wol in der eben

vult, alterum paene Demosthenem, saltat incidens particulas. Et is quidem non minus sententiis peccat quam verbis, ut non quaerat quem appellet ineptum, qui illum cognoverit. Sed ego illa Crassi et nostra posui, ut qui vellet auribus ipsis, quid numerosum etiam in minimis particulis orationis esset, iudicaret. Quoniam plura de numerosa oratione diximus quam quisquam ante nos, nunc de eius generis utilitate dicemus.

Nihil enim est aliud, Brute, — quod quidem tu minime 68, 227 omnium ignoras — pulchre et oratorie dicere nisi optimis sententiis verbisque lectissimis dicere. Sed nec sententia ulla est, quae fructum oratori ferat, nisi apte exposita atque absolute, nec verborum lumen apparet nisi diligenter collocatorum, et horum utrumque numerus illustrat. Numerus autem (saepe enim hoc testandum) est non modo non poetice vinctus, verum etiam fugiens illum eique omnium dissimillimus, non quin eidem sint numeri non modo oratorum et poetarum, verum omnino loquentium, denique etiam sonantium omnium, quae metiri auribus possumus, sed ordo pedum facit, ut id quod pronuntiatur aut orationis aut poematis simile videatur. Hanc igitur, sive compositionem sive per- 228 fectionem sive numerum vocari placet, adhibere necesse est, si ornate velis dicere, non solum, quod ait Aristoteles et Theophrastus, ne infinite feratur ut flumen oratio, quae non aut spiritu pronuntiantis aut interductu librarii, sed numero coacta debet insistere, verum etiam quod multo maiorem habent apta vim quam soluta. Ut enim athletas nec multo secus gladiatores videmus nihil nec vitando facere caute nec petendo vehementer, in quo non motus

angegebenen Weise; *ille quoque* wie die andern modernen Pseudoattiker.

1. *alterum* ein zweiter Demosthenes, also keineswegs so ‚periodenarm‘, wie jene s. g. Attiker meinen. *saltat* hüpft, wegen der kurzen Pas, die er macht; *incidens* durch die fortwährenden incisa, ‚die nie von einer comprehensio unterbrochen werden, zerhackt er das Ganze in lauter kleine Teilchen.

4. *auribus ipsis* durch das blosse Gehör.

8. § 227—236 (de utilitate numerosae dictionis).

10. *lectissimis* 170.

11. *apte* 149. 170; *absolute* perfecte, concluse oratorisch abgerundet 182. 177.

13. *saepe* 67. 172. 187. 194. 198. 202. 221.

15. *non quin* etc. de or. III, 177.

16. *denique etiam* de or. III, 122. 185 in omnibus sonis atque vocibus.

19. *perfectionem* im Sinn von concinnitatem oder periodischer Abrundung 202. 168 perfecto completoque verborum ambitu gaudent, 20.

22. *infinite* τὸ δὲ ἄρρυθμον ἀπέραντον, δεῖ δὲ πεπεράνθαι. *feratur* 67. *flumen* 53.

aut spiritu etc. de or. III, 173 interspirationis enim, non defatigationis nostrae, neque librariorum notis (μὴ διὰ τὸν γραφέα), sed verborum et sententiarum modo interpunctas clausulas in orationibus esse voluerunt.

23. *insistere* 170. *apta* 149.

25. *ut enim* etc. Quint. IX, 4, 8 in certamine armorum atque in omni palaestra quid satis recte cavetur ac petitur ‚cui non artifex motus et certi quidam pedes adsint?‘

26. *vitando — caute, petendo* die solennen Bezeichnungen für: parieren und schlagen (ausfallen).

hic habeat palaestram quandam, ut, quidquid in his rebus fiat
utiliter ad pugnam, idem ad aspectum etiam sit venustum: sic
orator nec plagam gravem facit, nisi petitio fit apta, nec satis
recte declinat impetum, nisi etiam in cedendo quid deceat intel-
229 legit. Itaque qualis eorum motus, quos ἀπαλαίστρους Graeci
vocant, talis horum mihi videtur oratio, qui non claudunt numeris
sententias, tantumque abest ut — quod ei, qui hoc aut magistro-
rum inopia aut ingenii tarditate aut laboris fuga non sunt adse-
cuti, solent dicere, — enervetur oratio compositione verborum, ut
aliter in ea nec impetus ullus nec vis esse possit.

69 Sed magnam exercitationem res flagitat, ne quid eorum, qui
genus hoc secuti non tenuerunt, simile faciamus, ne aut verba
230 traiiciamus aperte, quo melius aut cadat aut volvatur oratio; quod
se L. Caelius Antipater in prooemio belli Punici nisi necessario
facturum negat. O virum simplicem, qui nos nihil celet, sapientem, qui serviendum necessitati putet! Sed hic omnino rudis; nobis autem in scribendo atque in dicendo necessitatis excusatio non probatur; nihil est enim necesse, et si quid esset, id necesse tamen non erat confiteri. Et hic quidem, qui hanc a Laelio, ad quem scripsit, cui se purgat, veniam petit, et utitur ea traiectione verborum et nihilo tamen aptius explet concluditque sententias. Apud alios autem et Asiaticos maxime numero servientes inculcata reperias inania quaedam verba quasi complementa numerorum. Sunt etiam qui illo vitio, quod ab Hegesia maxime fluxit, infringendis concidendisque numeris in quoddam genus abiectum inci-

1. *palaestram quandam,* Schulung, eine Art künstlerischer Routine, 186.

2. *venustum* de or. III, 200 hic nobis orator ita conformandus est et verbis et sententiis, ut quemadmodum qui utuntur armis aut palaestra, non solum sibi vitandi aut feriendi rationem esse habendam putant, sed etiam ut *cum venustate moveantur,* sic verbis quidem ad *aptam compositionem et decentiam,* sententiis vero ad gravitatem orationis utatur.

4. *recte* schulgerecht Quint. IX, 4, 8. Eine andere Lesart ist tecte.

5. *ἀπαλαίστρους* ohne Schule de or. I, 73. Quint. IX, 4, 56 sicut etiam quos palaestritas esse nolumus, tamen esse nolumus eos, qui dicuntur ἀπάλαιστοι.

6. *claudunt* 20. 198. 177 concluse; 212 conclusiones 230 f.

12. *secuti* obwol sie ihm nachtrachteten; *ne aut* dem entspricht hernach anakoluthisch: apud alios *Z. 22.*

13. *aperte,* so dass die Wortversetzung (die Inversion) zu merklich wird.

cadat 168. *volvatur* herumkommt, d. h. periodisch sich abrundet mit Beziehung auf den circuitus oder die conversio de or. III, 182 longissima est complexio verborum, quae volvi uno spiritu potest. Brut. 280.

15. *simplicem* der offenherzige, aufrichtige Mann, natürlich ironisch.

16. *omnino rudis* steht in stilistischer Hinsicht überhaupt noch auf einer niederen Culturstufe.

18. *non probatur* gilt nichts.

21. *explet* 40.

22. *apud alios:* nun folgen die drei Fehler der asiatischen Manier.

inculcata 50 eingezwängt, eingeschachtelt; *inania* nichtssagend.

24. *infringendis* (§ 226) ist nähere Bestimmung von illo vitio; s. ind. Hegesias.

25. *abiectum* kleinlich, matt 184.

dant versiculorum simillimum. Tertium est, in quo fuerunt fra- 231
tres illi Asiaticorum rhetorum principes Hierocles et Menecles minime mea sententia contemnendi. Etsi enim a forma veritatis et ab Atticorum regula absunt, tamen hoc vitium compensant vel facultate vel copia. Sed apud eos varietas non erat, quod omnia fere concludebantur uno modo. Quae vitia qui fugerit, ut neque verbum ita traiiciat, ut id de industria factum intellegatur, neque inferciens verba quasi rimas expleat, nec minutos numeros sequens concidat delumbetque sententias, nec sine ulla commutatione in eodem semper versetur genere numerorum, is omnia fere vitia vitaverit. Nam de laudibus multa diximus, quibus sunt illa perspicue vitia contraria.

Quantum autem sit apte dicere, experiri licet, si aut com- 70, 232
positi oratoris bene structam collocationem dissolvas permutatione verborum; corrumpetur enim tota res, ut et haec nostra in Corneliana et deinceps omnia: ‚neque me divitiae movent, quibus omnes Africanos et Laelios multi venalicii mercatoresque superarunt'; immuta paullulum, ut sit, ‚multi superarunt mercatores venaliciique', perierit tota res; — et quae sequuntur: ‚neque vestis aut caelatum aurum et argentum, quo nostros veteres Marcellos Maximosque multi eunuchi e Syria Aegyptoque vicerunt'; — verba permuta sic, ut sit, ‚vicerunt eunuchi e Syria Aegyptoque'; — adde tertium: ‚neque vero ornamenta ista villarum, quibus L. Paullum et L. Mummium, qui rebus his urbem Italiamque omnem referserunt, ab aliquo video perfacile Deliaco aut Syro potuisse superari'; —
fac ita, ‚potuisse superari ab aliquo Syro aut Deliaco': videsne, ut 233
ordine verborum paullum commutato, eisdem verbis, stante sententia, ad nihilum omnia recidant, cum sint ex aptis dissoluta? Aut si alicuius inconditi adripias dissipatam aliquam sententiam eamque ordine verborum paullum commutato in quadrum redigas, efficiatur aptum illud, quod fuerit antea diffluens ac solutum. Age,

3. *a forma veritatis* von dem Ideal der Natürlichkeit, d. h. einer naturgemässen Darstellung; *regula* der mustergiltigen Regel.

6. *uno modo* 195. 213.

8. *verba*, sogenannte Flickwörter.

11. *quibus* denen offenbar die genannten Fehler entgegen stehen.

13. *compositi* 208 gemessen, gehalten, sorgfältig und exact in Wahl und Fügung der Worte. Quint. X, 2, 16 fiunt pro compositis exsultantes, 44; *structam* 20. Brut. 274 nullum nisi loco positum et tamquam in vermiculato emblemate — structum verbum videres.

16. *omnes* samt und sonders, ohne Ausnahme.

17. *immuta* etc. 159. Tusc. I, 30 tolle hanc opinionem, luctum sustuleris. Verr. II, 151 da mihi hoc, iam tibi maximam partem defensionis praecideris.

24. *his* die Kunstschätze (vor eueren Augen), die wir jetzt besitzen.

28. *dissoluta* 196.

29. *aut* oder im Gegenteil, andererseits, dem si aut § 232 entsprechend; *inconditi* im Gegensatz von compositi 150; *adripias* beliebig hernimmst; *dissipatam* 220.

30. *in quadrum redigas* zurechtrückst, ihr die rechte Fügung gibst. 61, 208.

31. *efficiatur* vielleicht richtiger efficietur.

sume de Gracchi apud censores illud: ,abesse non potest, quin eiusdem hominis sit, probos improbare, qui improbos probet'; quanto aptius, si ita dixisset: ,quin eiusdem hominis sit, qui improbos probet, probos improbare!'

234 Hoc modo dicere nemo umquam noluit nemoque potuit quin dixerit; qui autem aliter dixerunt, hoc adsequi non potuerunt. Ita facti sunt repente Attici, quasi vero Trallianus fuerit Demosthenes! cuius non tam vibrarent fulmina illa, nisi numeris contorta ferren-
71 tur. Sed si quos magis delectant soluta, sequantur ea sane, modo sic, ut si quis Phidiae clipeum dissolverit, collocationis universam speciem sustulerit, non singulorum operum venustatem; ut in Thu-
235 cydide orbem modo orationis desidero, ornamenta comparent. Isti autem cum dissolvunt orationem, in qua nec res nec verbum ullum est nisi abiectum, non clipeum, sed, ut in proverbio est (etsi humilius dictum est, tamen simile est) scopas mihi videntur dissolvere. Atque ut plane genus hoc, quod ego laudo, contempsisse videantur, aut scribant aliquid vel Isocrateo more vel quo Aeschines aut Demosthenes utitur, tum illos existimabo non desperatione formidavisse genus hoc, sed iudicio refugisse; aut reperiant ipsi, eadem condicione qui uti velit, ut aut dicat aut scribat utra voles lingua eo genere, quo illi volunt; facilius est enim apta dissolvere

1. *de* sc. oratione wie Brut. 83 at oratio Laelii de collegiis non melior quam de multis quam voles Scipionis; 125. 181. 189. de or. III, 141 de Philocteta.

5. *nemoque* etc. und wer es konnte, hat auch nicht anders geredet.

6. *adsequi non potuerunt:* ihre imbecillitas also macht sie zu Attikern 28.

7. *Trallianus* also kein Attiker der Attiker κατ' ἐξοχήν!

8. *vibrarent* die Luft durchzucken, von der feurigen Rede Brut. 326 oratio incitata et vibrans (schwungvoll). Quint. XII, 9, 3 nec illis vibrantibus concitatisque sententiis velut missilibus utetur. ad Att. XV, 1b, 2 Δημοσθένους fulmina.

contorta geschwungen Quint. IX, 4, 9 quare mihi compositione velut amentis quibusdam nervisve intendi et concitari sententiae videntur; *ferrentur*, wie Zeus seine Blitze schleudert.

9. *soluta* im Gegensatz von apta; *sequantur* § 4; *sane* meinetwegen.

10. *clipeum* de or. II, 73 s. ind. Phidias; *collocationis* etc. das Gesamtbild, das eben durch die kunstvolle Zusammenfügung entsteht.

12. *orbem* 149; *ornamenta* der singulorum operum venustati entsprechend.

14. *abiectum* 184.

15. *scopas:* die einzelnen Reiser aber sind zu nichts zu gebrauchen ad Att. VII, 13, 6 L. Caesarem vidi Minturnis — cum absurdissimis mandatis, non hominem, sed scopas solutas.

16. *ut plane* um sich als solche zu erweisen, die augenscheinlich nur aus bewuster Abneigung, nicht aus Mangel an Fähigkeit die rhythmische Diction verwerfen.

19. *iudicio* grundsätzlich, aus ästhetischen Rücksichten.

aut reperiant — velit, oder sie mögen ihrerseits (*ipsi*) einen finden, der sich in gleicher Weise bestimmen liesse etc.

20. *aut dicat aut scribat*, wiewol er befähigt ist gut zu schreiben.

21. *facilius est enim* mit ironischem Anstrich: das zu machen ist ja keine Kunst, wenn sich anders einer dazu hergibt seinen guten Stil zu verhunzen.

apta 149.

quam dissipata connectere. Res autem se sic habet, ut brevis- 236
sime dicam quod sentio: composite et apte sine sententiis dicere
insania est, sententiose autem sine verborum et ordine et modo
